AD AYMONIS CRAVETTAE RESPONSA ANNOTATIONES. ET...

Tyman : van Cuyck, Aimone Cravetta

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 A
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

27. 4. 37

13-9-A-159

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AD AYMONIS CRAVETTÆ Reſponſa annotationes.

ET

SINGVLORVM REſponſorum argumenta iuxta ordinem titulorum Iuſtinianęi Codicis diſpoſita.

Authore
TIMANNO A KVYCK
CVRIÆ VLTRAIECTINÆ CONSILIARIO.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

VLTRAIECTI,
Apud Ioannem à Doorn. Anno 1623.

Cum Privilegio.

Digitized by Google

Privilegium.

ILluſtriſs: Ordinum Generalium Fœderatarum Provinciarum Belgicę diplomate cautum eſt, ne quis per eaſdem Provincias, has ad Aymonis Cravettę Reſponſa annotationes, & eorundem Reſponſorum argumenta juxta ordinem titulorum Codicis Iuſtinianæi diſpoſita proximo ſeptennio ſine Authoris conſenſu excudat, aut excudi procuret. Secus facienti confiſcatio iſtiuſmodi librorum & ducentorum florenorum mulcta in pænam conſtituta: ut latius in diplomate Actum Hagę Comitis. 7. Ianuarij 1622. *E. vander Marck. Vt.*

Subſig. Aerſſen.

Atque hoc privilegij jus Author Joanni à Doorn, Bibliopolæ Ultrajectino transſcripſit 7. Auguſti 1622.

Subſ. Timan van Kuyck.

Digitized by Google

Lectori. S.

QVibus aliquando ius noſtrum ex oleo & paleſtra in aciem forenſem perducere eſt animus, nihil æquè conducit, quam ut poſt iacta iuris fundamenta, in dijudicandis cauſarum controverſiis iudicium ſuum & forment, & acuant: in quo non parum proficient, ſi inſigniora quædam Iuriſconſultorum reſponſa exactè & non defunctoriè ſibi diſcutienda proponant, cauſæ ſtatum primo inveſtigantes, eoque plenè percepto ipſi perpendant quid in propoſita facti ſpecie reſpondendum exiſtiment, poſt I. Cti. argumenta quibus in definienda controverſia uſus eſt, maturè excutiant, & obſervent normam modumq́; applicandi cauſam ad leges ſuæ cauſæ convenientes. Inde fiet, ut ſive ad facti ſpeciem reſpondendum ſit, ſeu cauſa in iudicio pertractanda occurrat, ſive lis definienda proponatur, litis cardinem ſolerter invenire, cauſam propoſitam legibus accommodare, & quid iura velint appoſitè reſpondere & deſinire poſſint, multo felicius his, qui per ter centum libros iactati & ſcriptorum mole onerati, ſi de forenſi controverſia, contractu, vel fi-

dei-

Digitized by Google

deicommiſſo conſulantur, plurima quidem huius farinæ loca ſine iudicio congerent, ſed videre erit eos in hypotheſi definienda hærere, ſcopum non attingere, ſed incertum ex certo ius reddere. Porro cum inter tot magni nominis. I. C.os. qui reſponſorum volumina ediderunt, ſive maturũ iudicium ſive ingenij acumen, ſeu veritatis ſeriò indagandæ ſtudium conſideres, nulli ſecundus ſit Aymo Cravetta, quædam tanti viri reſponſa mihi diſcutienda delegi, quæque animadverſione digna putavi notare, & tecum Lector benevole, communicare viſum fuit, & quo materiarum ſeriem facilius perquiras, iuxta ordinem titulorum Codicis Iuſtinianæi ſingulorum reſponſorum argumenta in calce Libelli diſpoſui. Vale.

Digitized by Google

AD AYMONIS CRAVETTÆ RESPONSA ANNOTATIONES.

Ad Conſil. 1.

HVjus reſponſi ſtatus precipuè in eo conſiſtit, an valeat conditio hæredi ſcripto injuncta: ſi uxorem duxerit arbitrio aut conſilio tertij, & valere reſpondet Cravetta adeò ut ſi hæres matrimonium contraxerit inſcio aut non requiſito tertio hæreditate ſit privandus. Et in eandem ſententiam reſpondit *conſ. 80.* Quæ reſponſa ut erronea improbat Emanuel à Coſta in *l. cùm tale § ſi arbitratu, num. 12. D. de condit. & demonſtrat. & Ferdinand. vaſq. controverſ. illuſt. c. 94. lib. 3. a Zancho in addit. hoc loco laud. 1.* Hujuſmodi enim conditio bonis moribus adverſari & matrimonij Libertatem impedire videtur, *l. cùm tale § ſi arbitratu. l. filia & l. titiæ D. de condit. & demonſt. l. turpia §. D. de legat. 1.* hinc definivit Sabaudiæ Senatus: ſi pater amplius legaverit filiæ ſub conditione ſi nupſerit ex patrui voluntate, non ominus conſequitur Legatum quod nupſerit citra patrui voluntatem; præſertim ſi ejus conſenſum requiſiverit. Quamquam ea ſententia non admodum placere videtur

detur Antonio Fabro. *lib.6.ſui Cod. tit. 23. de Condit. inſert. Defi.18.* & quam uno tantùm voto in Senatu viciſſe affirmat. Quod ſi teſtator legaverit Seiæ ſub conditione ſi Titio nubat valet conditio, & ſi Seia declarat ſe nolle Titio nubere cadit Legato, ut ſequutus Paulum Caſtrenſem *in l.1. C. de inſtitut. & ſubſt. & in l.2. C. eodem tenet vaſquius d. loco.* Quibus ob materiæ affinitatem, annecte queſtionem in dicaſterio Provinciali Ienenſi agitatam & definitam: Titius inſtituerat Caium omnium bonorum hæredem hac lege ut Bertam duceret, aut ſi illa moreretur, ejuſdem Sororem Seiam. Mortuo teſtatore Berta ſe parùm pudicè geſſit, qua propter Caius ejus nuptias recuſabat, quas nec Berta urgebat, ſed ſoror ejuſdem Seia Caium ad contrahendum cum ea matrimonium cogi contendebat, quod detrectabat Caius, & Caium à Seiæ petitione abſolvit dicaſterium Ienenſe: quia de natura conditionis eſt ut in forma ſpecifica impleatur, *l. Manius D: de condit. & demonſtrat.* & cùm Berta adhuc vivat locus Seiæ factus dici non poteſt: maximè cum per Caium non ſteterit, quo minus conditio impleta ſit, qui paratus ſemper fuit Bertam ducere, ſi non illa matrimonij legibus inſultans ſpem ejus evanidam reddidiſſet. Vnde Caij reſpectu conditio pro impleta accipi debet. *l. uter D. de condit. inſtitut. l. in omnibus cauſis D. de reg. iur. ut latius videre eſt apud Arumaum Friſium deciſ. 8. lib. 1.* Nu.6. adde Doctrinam Bartoli in *l. paterfam: D. de hæred. inſtitut.* tradentis hæredem à teſtatore privatum hæreditate, ſi moleſtaverit uxorem in ſuis relictis, tenere in caſu

con-

contraventionis hæreditatem reſtituere per fidei commiſſum, non tamen hujuſmodi hæres detrahet, Trebelli amicam, cum ex eodem facto quis pœnam & præmium habere non debeat *l. ſi cui D. ex quib. cauſ.maio.* ut in ſpecie non abſimili videmus conſtitutum, hæredem adire recuſantem, ſi fuerit coactus adire, non habere quartam ex S.C[to]. Trebell. *l.quia poterat D. ad Trebellia Fachinæus qui Imolam contra ſentientem improbat controverſ.lib.13.c.66.*

Conſil. 2.

Nu.9. in teſtium materia illud obſervandum, extra parentes & liberos & ceſſante cohabitatione conſanguinitatem in teſtibus non obſtare. *gl.Bart. & dd. in l.parentes.c.de teſtib.*

Nu. 10. vide Decium in l.etſi nihil D.de reg.jur. eundem conſil.459.nu.6. & 7.

Conſil. 3.

Nu. 1. & ſeq. An generalis hujuſmodi diſpoſitio, dotis cauſam includat, vide Decium. *conſ.5.* & generalem diſpoſitionem quibus modis & quando temperari & reſtringi conveniat, conſule Hyeronimum, Laurentium *deciſ.150.nu.7.& ſeq.Oſaſcum deciſ.110. nu.12.Cravettam infra conſ.221.nu.1.& 2.*

Conſil. 4.

Nu. 1. hinc vinones, delationes alicujus ſigni &

 colli-

Digitized by Google

colligationes privatorum, criminaliter punivit Rota Avenio. *apud Hyeron. à Laurent. deciſ. 89.*

Nu. 20. in eandem fermè ſententiam reſpondit *Alciatus lib. 5. reſpon. 103.* concludens quando tractatur de negotio in quo Dominus eſt ſuſpectus, poſſe univerſitatem convocari ipſo non præſente, vel etiam contradicente, atque eo loci reſtringit *deciſ. Guidonis. Papæ 631. in 3. dubio ut non procedat quando agitur de negotio ipſius Domini.*

Conſil. 6.

Nu. 1. Quando quis honorem aut famam Principis lędit, aut eius deturpat imaginem vel ſtatuam, an crimen læſæ majeſtatis incurrat in ſecundo capite *vide Menoch. Conſil. 99. nu 67. & Farinachium de crimine læſæ majeſtat. q. 112. nu. 16. & 17.*

Conſil. 7.

Nu. 5. & verior & tutior eſt opinio læſum ultra dimidiam juſti precij partem, abſolutionem à juramento petere debere, & poſſe, eaque obtenta agere ad contractus reſciſſionem *Rebuff. in tractatu de reſciſſi. contract. gl. 15. nu. 42. & ſecundum* hanc opinionem judicaſſe Rotam Romanam refert Caſſiodorus. *deciſ. 1. tit. de empt. & vendit.* eandemque amplexus eſt Senatus Sabaudiæ apud Fabrum *lib. 4. ſui Codicis tit. de reſcind. vendit. defin. 1.* Porrò abſolutionem concedendam eſſe quoties contractus injuſtitiam continet liquet

liquet ex traditis à Craveita *conſ. 152. num. 11. & conſ. 192.*

Conſil. 8.

Nu. 29. Quando quis, ut cauſa interitus, ſit puniendus, & qua pœna afficiendus qui ſine dolo lapidem projecit, hominemque occidit, conſulendi. *Angel. & Paulus in l. & ſi ſeverior C. de his qui not. infam.* & de pœna eorum qui lapides mittendo alijs nocuerunt vide *Menoch. de arbitrat. caſu 324.*

Conſil. 9.

Nu. 36. adde quod teſti cui crimen in judicio objicitur nec probatur datur actio injuriarum, quod tamen tempera niſi rumor aliquis de commiſſo per teſtem crimine ſpargatur ut pote qui inducit juſtam credulitatis cauſam, & dolum excludit. Vel niſi ſit in cauſa ardua ubi pars in honoris vel vitæ diſcrimen vocatur. *Surd. deciſ. 89. Crinel. deciſ. 100. Boerius conſ. 4. & quid, ſi praceſſerit proteſtatio ſe non injuriandi animo crimen objeciſſe? Anfreri. ad cap. Toloſ. q. 409.*

Conſil. 10.

Nu. 8. Vide exactè hæc pertractamem Pinellum *ad tertiam part. l. 1. C de bon. mater. nu. 48. & ſeq.*

Digitized by Google

Conſil. 11.

Nu. 14. adde quod filia maior non obſtante juramento poteſt adverſus renunciationem reſtitui, ſi læſa ſit ultra dimidium, minor verò ſi læſio non prorſus modica interveniſſe proponatur exactè Faber. *decad. 13. error. 6. Grammat. deciſ. 103. nu. 49. & ſeq. Capici. deciſ. 159. nu. 34. Boer. deciſ. 100. nu. 18. Covarr. in 3. parte relect. c. quamvis de pact. in. 6. §. 4. Oſaſc. plures referens deciſ. 179. nu. 6.*

Conſil. 12.

Nu. 7. Cujus ſit poteſtatis pactum perſonale in rei propriæ venditione adhibitum etiam contra tertium poſſeſſorem, conſule. Fabrum *de erro. prag. decad. 57. err. 9.*

Conſil. 13.

Nu. 2. vide notata ad conſ. 9.

Conſil. 14.

Nu. 2. Variè agitata eſt quæſtio: an in cauſſa criminali pater pro filio, frater pro fratre, & conjunctus pro conjuncto intervenire poſſit. Quam ſic accipe: Patrem nomine filij inter venire volentem non admitti; ſecus ſi pro ſuo intereſſe loco accuſati filij interveniat: cùm hoc poſteriore caſu tanquam cauſæ

propriæ

Digitized by Google

propriè defenſor compareat, quis enim neget maximum patris intereſſe in eo verti, ut filium ſuperſtitem habeat? *Gloſſa in c. veniens. Ibidem Socyn. ex de accuſat. Blanc. in praxi crimin. nu. 59. fol. 60. Clarus, § ult. q. 33. num. 8. Menochius de arbitra. Jud. q. 80. num. 97.* Quam ſententiam appoſitè approbat. Arumeus Friſius deciſ. 7. lib. 1. ex textu l. 2. § ſi pro eo D. Quando appelland. ſit Eademque ratio evincit ut ſi maritus ratione ſui intereſſe uxoris cauſam ſuſcipere velit, audiendus ſit. Idemque obtinet in Domino pro ſervo, Abbate pro Monacho, Epiſcopo pro Clerico. Principe pro ſubdito. *Capolla. conſ. crimin. 45.* at cum hæc qualitas in fratre ceſſet ad abſentis fratris innocentiam defendendam admittendus non eſt, poteſt tamen Iudex ex officio recipere informationes ſuper innocentia abſentis. Sicuti juxta Iaſonis conſilium *in l. ubi pactum C. de tranſact.* pronunciavit. Dicaſterium Ienenſe apud Arumeum *deciſ. 7.*

Conſil. 15.

Hoc reſponſum carpit Vigelius *Centuria ſecunda Reſponſorum juris Reſp. 90.* Ea ratione quod hujuſmodi legatum cenſeatur dotis cauſa relictum, & cum ab aſcendente procedat purum cenſetur, & tacitam nuptiarum conditionem non admittit: quippe quod nec expreſſam admitteret: cum legitimæ loco ſit, quæ neque diem recipit neque conditionem *l. Quoniam novella, l. Quoniam in prioribus. C. de in officioſo teſtam.* Proinde, licet filia ante nuptias ſit defuncta, tranſ-

miſit legatum ad matrem ſuam hæredem. *Bart.in L. Titio genero.nu.4.& in L.Titio centum.D.de condit.& demonſtrat. Alexander conſ.77.lib.5.& alij quos congeſſit Menoch.conſ.251.nu.33.lib.5.* Sed in promptu eſt ſolutio: cum enim mater filiam repræſentans hanc legem donationi in generum collatæ dixerit,ut quinquaginta florenos ſolveret filiæ cùm nuberet, atque conditionem, teſtamento adjectam, adprobaverit, ultra modùm in donatione præſcriptum contra generum donatarium experiri non poteſt; præſertim cum controverſia in eo non ſtet an legatum filiæ cum nuberet,ab abſcendente relictum ſit purum,ſed, an tertius, qui ſolummodo ex contractu ſolvere dotem, nuptiarum tempore obligatur, ante illud tempus à donatrice quę ipſa legem contractui dixit,conveniri poſſit,contra *L.Contractus D. de reg.Iur.* unde non attenta Vigelij oppugnatione,Cravettæ reſponſum Iuri conſonum exiſtimaverim.

Conſil. 16.

Nu. 2. Quomodo fiant & computentur quartarum detractiones conſule Rotam Avenio *deciſ. 147.*

Conſil. 17.

Nu. 1. Plenè hanc quæſtionem relatis tum argumentis tum authoribus tractat Oſaſchus *deciſ. 147.* citans hoc Cravettæ reſponſum & propendet in opinionem affirmantium, licet aſſerat Senatum Pedemonta-

Digitized by Google

montanum diſtinctionis fœdere hanc controverſiam diremiſſe, ut ſcilicet negativa obtineat, in liberis primi gradus, affirmativa procedat in alijs & extraneis, quam tamen diſtinctionem improbat extraditis per Decium *conſ.236. nu.48.& 495.nu.26.& 27.* Filius porro nullo modo legitimam amittit, niſi conſtiterit de actuali ſubſtractione bonorum, *ut Molin. ad conſil. Decij ſupra laudatum. 236. num.12.& ad eundem conſ. 480. & ad Alexand. conſ. 67. lib.4.* quo loci citat hoc idem reſponſum, atque reprobata negativa, tuetur affirmativam, *quia tex. in Novella de hered. & falcid.* nomen falcidiæ accipit generaliter etiam pro Trebellianica, negativam tamen ſententiam amplexa eſt Rota Romana apud Caſſiodorum *tit. de teſtam. deciſ. 3. Camera Imperialis apud Minſing. cent.3.obſerv.60.*

Conſil. 19.

Nu.6. Quamvis pactum de ſucceſſione obvenienda non valeat *l. hæreditas c. de pact. convent. D.D. in l. Stipulatio hoc modo concepta D. de verb. oblig. & in l. licet l. pactum quod dotali. Et l. ult. c. de pact.* Communis tamen & receptiſſima interpretum ſententia eſt pactum de conſervanda futura ſucceſſione non improbari, tanquam quod ſit favorabile multoque favorabilius, quam quod fit ad adquirendam ſucceſſionem. Vix enim eſt, ut quiſquam ſibi hæreditatem acquirat, quin alicui noceat, vel in hoc ſaltem quòd acquirendi Ius & ſucceſſionem alij præripiat qui vero id agit, ut ſpem ſuccedendi, ſibi delatam conſervet nemini

facit injuriam : *ita Bart: in l.ult.nu.3.c.de pact.* Quod magis eſt, inquit, ſi quando is, qui alioquin haberet jus ſuccedendi, privetur eo, propter aliquem Iuris, rigorem : poteſt enim ſibi proſpicere per pactum ; ſi modo paciſcatur cum eo, qui de ijs bonis potuerit diſponere teſtando *per text.in § fin.inſtit:de legitti: agnat.ſucceſs.* Secus, inquit, ſi non potuerit. Quod refert & probat Anton. Fab. *in conſultatione de montis ſerrat. Ducatu fo.mihi 141.* Et hujuſmodi pactum ſi in contractu matrimonij ineatur non tam ultimæ voluntatis jure cenſeri debet quam pacti & donationis inter vivos ob cauſam, nec revocari ex pœnitentia poteſt, ut apud eundem Fabrum *lib.5.ſui C.tit.9.de pact.convent.tam ſuper dote def.5.6.7.8.&9.* Quod temperandum eſt dummodo ille de cujus conſervanda hæreditate agitur, huic pacto expreſſum accommodet conſenſum, alioquin ſi ejus conſenſus non adhibeatur, hujuſmodi pactum nullius eſt roboris. Hinc tradit Iacobin. de S. Georgio *in l.fin.C. de pact. in ultimo notabili* quod de hæreditate viventis, quam ſpero habere, nihil diſponere poſſum, neque dando: ut eſt textus in terminis *in l.quidam § fin. D.de donatio.* Neque hypotecando aut obligando, nec quemcunque alium contractum faciendo *ut eſt tex. in d. l.fin.* Vnde Senatus Pedemontanus apud Gaſparum Teſſaurum *in addit: ad deciſ. Teſſauri 225.* definivit, non valere pactum juratum, inter fratres initum, de dividenda matris viventis hæreditate æqualiter, quacunque diſpoſitione contraria non obſtante, etiam ſtante promiſſione de proprio. Quod adeo obtinet ut nec de re

parti-

Digitized by Google

particulari hæreditatis, conſenſum non præſtante, eo, de cujus re agitur pactum ſubſiſtat: *ut eſt text. in l. quidam in fi. D. de donatio: & in l. 2. D. de his quibus ut indig. in terminis Angelus conſ. 66. in fin. quem refert & exacte* hunc articulum tractat Chaſſanæus *conſ. 63. nu. 63. & ſeq.* Perpendendo itaque in hoc articulo contrarias, & tribunalium & D.D. deciſiones, quorum quædam futuras ſucceſſiones, in matrimoniorum contractibus initas, validas & legitimas eſſe, non tam ex juris rigore quam ex recepta ferè omnium gentium conſuetudine, concludunt, *ut Boerius deciſ. 204. Aufrerius q. 452. Guido Papa q. 105. Annaus Robertus rerum judicatarum lib. 1. c. 15. Iohannes Grivellus deciſ. 147.* Quædam verò (quorum fundamentum eſt in rotundis text. *l. quod dotali c. de pact. & l. Hareditas C. de pact.* convent.) hujuſmodi pacta ſubſiſtere non poſſe declarant: ut ſupremum Hollandiæ Auditorium apud Neoſtadium *de pact. antenupt: obſervat. 22. latè Tiroquell. de Iur: Primogen. q. 6.* Quædam verò mediam viam ingrediuntur, ſi ſcilicet Pater contemplatione matrimonij, per filium contracti promiſerit, non fraudare filium portione ſibi contingenti, cùm Iuramento, reſolvunt non poſſe patrem de bonis in præjudicium portionis ad filium ſpectantis diſponere: habita ratione ad Tempus matrimonij, pro ut Senatus Pedemontanus pronunciavit *teſte Caio Teſſ. lib. 2. q. 79.* Expedire liberis elocandis videtur ut parentes ultra bona, quæ ad ſuſtinenda matrimonij onera in promptu dari ſolent, certam bonorum ſuorum partem reſervato ſibi uſu fructu, in contra-

ctu

Digitized by Google

ctu antenuptiali ijs donent: ſic enim & parentum donatio reſpectu liberorum in tuto collocabitur & parentibus in vita nihil decedet: De qua donatione *vide Fabrum de error. pragmat. decad. 14. erro. 1. adde Molin. conſ. 36.*

Nu. 8. adde Oſaſcum deciſ 85.

Nu. 12. ſatis enim ſuperque ex ipſa alienatione cenſetur facta reſtitutio, *Ruin. conſ. 109. nu. 4. lib. 2. Socyn. Iun. conſ. 129. nu. 16. & conſ. 137. nu. 3. lib. 1. qui communem atteſtantur Crinel. deciſ. 52. nu. 38.*

Conſil. 22.

Cravetta conſultus de hujuſmodi facti ſpecie: Teſtator inſtituerat Guilelmum & Petrum ſuos filios, quibus decedentibus ſine maſculis ſubſtituit Beatricem filiam, & ſuos, Quæſitum eſt an Beatrix ex ſubſtitutione ad fratrum hæreditatem admiſſa, cenſeatur rogata reſtituere eam hæreditatem ſuis? & an ſui ſint ſubſtituti vulgariter vel per fidei commiſſam? Reſpondet in tertio dubio hujuſmodi ſubſtitutionem cenſeri fidei commiſſariam, & quod conſequens eſt, matrem compelli hæreditatem reſtituere hęredibus mortis ſuæ tempore proximioribus. Et in eandem ſententiam reſpondit *conſ. 131.* Sed hæc reſponſa, quod ad propoſitam quæſtionem attinet, quamvis ea probet Teſſ. lib. 2. q. 97. ſubſitere non poſſunt cum omnis ſubſtitutio in dubio ſit cenſenda directa *l. jam hoc Iure D. de vulg. gl. & Bart. in L. Gallus § quidam recte. D. de lib. & poſt hunc.* Nec argumenta à Cravetta addu-

adducta, hanc ſubſtitutionem eſſe fidei commiſſariam evincunt textus enim; quem allegat *in § fin. ex l. cum ita D. de legat. 2.* prorſus nihil ad rem facit: ſi quidem eo loci tantummodo diffinitur quinam proximiores veniant mortuis primis vocatis vel vivente teſtatore vel eò defuncto, ad fidei commiſſum in familia conſtitutum & determinat I. C. venire primo nominatos, deinde proximiores, qui fuerunt tempore mortis teſtatoris, poſtmodum qui ex his primum procreati ſunt, hic ergo duo facit I. C. primò præſupponit fidei commiſſum jam eſſe in familia, atque illud pro abſoluto habet cum dicit in fidei commiſſo, quod familiæ relinquitur, quomodo autem, quibuſve verbis in familia conſtituatur, ibi non diſputat; ſed præſupponit terminos habiles. Secundo quærit, quomodo in hoc fidei commiſſo ſuccedant illi de familia. In hac autem noſtra hypotheſi non contenditur de modo ſuccedendi nempe de ſecunda I. C. diſputatione, ſed de primo an ſcilicet verbis illis à teſtatore prolatis cenſeatur inductum fidei commiſſum inter ipſos deſcendentes de quo ibi verbum nullum. Neque adverſatur. *§ fratre ex l. Peto D. eod:* ex eò enim textu colligi non poteſt, quod fidei commiſſum inter illos de familia ſit inductum ex ſimplici prohibitione: ne fundus alienetur. Sed ita demum ſi adjiciatur ratio, & cauſa, quia nimirum teſtator voluit bona in familia conſervari. Nec affectionis ratio quam teſtator erga ſuos ſive deſcendentes habuiſſe præſumitur ad conſtituendum fideicommiſſum ſufficit. Nam ut inducatur, de expreſſa teſtatoris voluntate

tate

tate conſtare debet, textus manifeſtus *in l. quidam cum filium D. de heredib. inſtituend.* Præſertim cum nulla hic adſit conjectura, quæ fideicommiſſum præſumit. Non ſuffragatur, denique illud, quod hujuſmodi conſtitutio videatur eſſe concepta verbis temporis futuri tractum habentibus. Vnde effici putat, quod ordo ſucceſſivus, intelligatur per viam fideicommiſſi, nam reſpondetur conditionem illam habentem tractum temporis futuri adjectam primis vocatis, non cenſeri repetitam in ſecundo: Conditio enim adjecta certis perſonis vel uni gradui, non præſumitur repitita in alio gradu vel in alijs perſonis. *l. ſub conditione D. de hæred. inſtituend. l. ab omnibus § cum quidam D. de leg. 1. & text. notab. in l. quæ conditio D. de condit. & demonſtrat. ut hac plenè & exactè tractat Menoch. conſ. 85. lib. 1.* Vbi in ſpecie hanc Cravettæ opinionem improbat. Quam etiam refellit, Molin. *in annotat. ad Decium conſ. 205.* & contrariam ſententiam, quod nempe ſolum vocati ſunt per vulgarem ampliat eo loci; etiamſi filij non erant nati tempore teſtamenti: ampliat deinde ut procedat hæc ſententia non ſolum in tranſverſalibus; Sed etiam in deſcendentibus teſtatoris ut notat ad Alexandrum *conſ. 24. nu. 5. lib. 3.* Ampliat tertio etiamſi ſubſtitutio incipiat à præcedenti compendioſa ad Decium *conſ. 236. nu. 1.* Vbi dicit hanc fortiſſimam limitatiouem, ampliat quarto, etiamſi ſubſtitutio fiat per verbum commune. *Ad Decium conſ. 248.* Quibus accedat autoritas Senatus Mantuani apud Surdum *deciſ. 346.* Vbi definitur ad legatum relictum Franciſco ejuſque deſcendenti-

dentibus vocari deſcendentes ordine ſucceſſivo, per vulgarem tantum ; quando ſcilicet Franciſcus vel nollet vel non poſſet, agnoſcere legatum, eoque loci hanc concluſionem plurimis confirmat autoritatibus, improbans Cravettam *in hoc reſponſo 22.* Quem etiam confutat, Brunus *conſ. 6. nu. 90. Et Petrus Antonius Anquſciola conſ. 38. lib. 6. Tornielius conſ. 20. Burſatus conſ. 236. nu. 6.*

Conſil. 24.

Secundum ea quæ in facto proponuntur, rectè concludit Cravetta Annam, habentem cauſam à Petro, non compelli ad reſtituendum caſtrum de vaulx. Franciſco fratri prætextu fideicommiſſi à patre conſtituti: ea præcipua ratione, quod fratres iniverunt diviſionem, contrariam diſpoſitioni paternæ, & quod conſequens eſt, fideicommiſſum remiſerant quodque Petrus caſtrum conſequutus fuerit non tam ex teſtamento paterno, cui fratres derogarunt, quam ex diviſione ſubſequuta, & ſic ex novo titulo. Licet contrarium in eadem facti ſpecie reſponderit Alciatus Reſponſo ſecundum Baſiliæ impreſſionem *80, vol. 9.* & idem reſpondit *Reſp. 141. lib. 5.* Vbi tradit ex clauſula, qua datur viciſſim alienandi poteſtas non cenſeri renunciatum fidei commiſſo, & movetur quia hujuſmodi clauſula non operatur renunciationem, niſi reſpectu tertij in quem fit alienatio, unde non facta alienatione, remanet frater adhuc ſubjectus fideicommiſſo *l. ſicut § Debitori D. quib. modo pig.*

vel

vel hypot.ſolv. & ſicut ipſe remanet obligatus, ita etiam obligationem tranſmittit in hæredem, qui ejus perſonam repreſentat. Vnde putat quamvis alienandi poteſtas liberet alienantem à petitione rei alienatæi non tamen illam debere extendi ad pretium, & hæredem ad ejus refuſionem poſſe compelli. Atque hanc opinionem ſe & legendo, & conſulendo tenere dicit. Quod tamen meo Iudicio Cravettę ſententiam non evertit: nam præterquam quod defendi poteſt ob hanc, conceſſam alienandi facultatem præſumi abſolutè & ſimpliciter remiſſum fideicommiſſum; aliter enim poſito jure hujuſmodi facultas nihil operaretur: quippe quod hæres ante purificatam conditionem rem, fideicommiſſo obnoxiam alienare poteſt. *l.ult.§ ſin. antē avaritiæ C. commun.de legat.* quam ſententiam ut veriorem amplexi fuere *Angelus in § duo fratres, ex l. qui Romæ D. de verb. oblig. Crottus ibid. nu. 133. Curt. Sen. conſ. 64. Decius conſ. 17. & conſ. 60. Socyn. Junior. conſ. 116. lib. 1. Rolandus à Val. conſ. 34. lib. 4. Caphalus conſ. 253. lib. 2.* Demus tamen opinionem Bartoli *in d. § duo fratres* (ob hanc nempe clauſulam non eſſe abſolutè remiſſum fideicommiſſum; ſed demum ſubſequuta aliemationе) præ valere, declaratur, ut hæc Bartoli opinio locum non habeat quando expreßè, vel tacitè ex conjecturis conſtat dividentes voluiſſe omnino remittere fideicommiſſum, atque illud extinguere. quam dividentium voluntatem urgentiſſima illa præſumptio, quod inivcrunt diviſionem teſtamento planè contrariam, manifeſtè arguit & evincit. Vnde nec ad pretium contra alienantis

nantis hæredes actio ſuper eſt, cum enim voluerint remittere, & extinguere fideicommiſſum, etiam jus reſpectu pretij remittere voluerunt. *Socyn. Sen. conſ. 43. nu. 19. lib. 4. Curt. Sen. conſ. 64. Ruin. conſ. 162. lib. 2. Gratus conſ. 60. nu. 11. lib. 1. Cravetta conſ. 237.*

Conſil. 25.

Nu. 12. Hanc Cravettæ opinionem improbat *Peckius de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 10.* Propterea quod pari negotio, parique facilitate ad ſignandum atque teſtandum teſtator poteſt induci.

Conſil. 26.

Nu. 5. Adverte veriorem eſſe opinionem Pauli Caſtrenſis hic relatam contra opinionem Cravettæ, quod nempe omnium bonorum ſocietas nunquam contrahatur; niſi expreſſe ineatur *Gloſ. in l. 3. D. pro ſocio. Quam & firmat Iaſon. conſ. 2. lib. 3. Et probat Molin. ad conſ. 76. Alex. nu. 8. vol. 4. Idem ad Deciũ conſ. 66.*

Conſil. 27.

Nu. 2. Adde quod in præſcriptione actionum ſufficit ſola negligentia non petentis *l. ſicut C. de præſcript. 30. annor.* Nec in hoc Iura civilia per Canones ſunt correcta: *quia text. in C. fin. ex de præſcript. & in c. Poſſeſſor. de reg. Iur. in 6.* loquuntur in præſcriptionibus rerum corporalium in quibus requiritur poſ-

ſeſſio, nec in perſonalibus ſola ſcientia debiti inducit malam fidem, nec præſcriptionem impedit. Secus ſi concurrat poſitiva mala fides debitoris, ut quia cęlat debitum, vel adſit continuata Gratia creditoris expreſſam vel tacitam recognitionem implicans: hæ enim circumſtantiæ præſcriptioni obſtant, quam ſententiam veriorem & in praxi receptam teſtatur *Molyn. ad conſ. 99. Alex. nu. 1. & 4. vol. 4.* Et vide hanc materiam pertractantem, propoſitis aliquot concluſionibus, *C. Antonium Teſaurum quæſt. forenſ. lib. ſingulari. q. 41.*

Conſil. 29.

Nu. 4. Adde quod contrariam ſententiam locum ſcilicet L. 2. non eſſe; ſi venditio facta ſit præcedente ſubhaſtatione tenuerunt. *Angel. in L. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & in l. precia rerum. D. ad L. falcid. Guid. Papa ſingul. 553. & deciſ. 22. Bald. conſ. 513.* Quod reſpectu maiorum in Curijs ſupremis ſic judicatum fuiſſe referunt *Ranchin. & Ferrer. ad deciſ. 22.* Minor es tamen & eccleſia ob notabile damnum adverſus venditionem, decreto judicis factam, reſtituuntur. Ranchin. & Ferrer. eodem loco.

Nu. 9. Adde, quando in materia pręſcriptionis probatum eſt ſemel de præſentia, alleganti abſentiam incumbit probatio; alioqui ſufficit allegaſſe abſentiam. *Molin. ad Alexand. conſ. 220. nu. 4. & 5. vol. 6.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 30.

Nu. 6, Adverte & memori mente teneas quoties de jure perſonæ quæritur. Item de facultate ad res perſonales conſtituta attendenda eſt conditio perſonæ, quam induit in loco domicilij è contra ſi de jure vel facultate agitur, quæ à re ipſa proficiſcitur, ad legem ſitus ſpectare oportet, hinc temperandum axioma, quod nempe inhabilis in uno loco etiam in alio cenſeatur in habilis, ut tantum procedat in habilitate vel inhabilitate quæ à ſtatuto perſonali procedit & ad actus perſonales dirigitur ut exacte declarat & exemplis illuſtrat Nicolaus Burgundius *ad Conſuetud. Fland. tract. 1. nu. 8. & ſeq.*

Conſil. 32.

Contra hanc Cravettæ opinionem in ſpecie non abſimili judicatum eſſe refert Caius Teſſaurus *lib. 1. q. 54. nu. 6.*

Conſil. 37.

Nu. 4. Adverte, quod licet hæreditas non adita de Iure communi non tranſmittatur niſi intra annum juris deliberandi: *ut not. in l. emancipata C. qui admitti.* Tamen cum hodie ubique fere ex conſuetudine, vel ſtatuto poſſeſſio ipſo facto in hæredes continuetur in diſtincte fit tranſmiſſio: etiam ab ignorantibus,

ut notat. Molin. ad Alexand. conſ. 89. nu. 4. vol. 2.

Conſil. 38.

Nu. 4. Adde quando diſpoſitio refertur ſimpliciter, & indeterminate ad hęredes. Hujuſmodi verbum accipit determinationem juris communis, & ſic veniunt quicunque tempore diei cedentis ſunt hæredes, ſive ſui, ſive extranei, ijſque competit hæredum appellatio & admittuntur pro ea parte, pro qua ſunt hæredes. *Molin. ad conſ. Alexand. 36. nu. 1. vol. 3.*

Conſil. 39.

Nu. 12. adde Boerium deciſ. 7. Hyppolitum de Marſil. in repetit. l. fin. D. de Juriſd. omn. Iud. nu. 193.

Conſil. 40.

Nu. 9. Adde quod pœna hac edictali, qua maritus plus conſequi prohibetur quam minimam filiorum primi thori portionem, habet tantum locum quando unus filiorum eſt limitatus ad minorem ſummam, & ſic exaudiendus § *Sin autem non ex æquis. ex D. L. hac edictali Molin. ad Alexand. conſ. 158. nu. 8. vol. 5.*

Nu. 11. *Anton. Teſaur. deciſ. 170. nu. 20.* hanc Cravettæ opinionem, quam & amplexus eſt, *conſ. 193. nu. 11. & ſeq.* maritum nempe plus relinquere poſſe liberis ſecundi quàm primi matrimonij, deſtruere nititur, ut videre eſt ex rationibus, & authoritatibus in utram-

Digitized by Google

utramque partem ibidem adductis. Sed contraria Sententia inter DD. pluribus ſuffragijs obtinuit: Cum enim l. hac edictali ſolum prohibeat plus relinquere ſecundo conjugi, non debet extendi prohibitio ad filios, ex eo procreatos, ut pote quod nulla lege cautum reperitur. arg: l. illam C. de collat. & L. Si vero §. De viro D. ſolut. matrim. & expreſſe lex permittit parenti uni ex liberis plus relinquere quam alijs; ſi modo non fraudentur ex ea largitione cæteri portione legitima *l. cum quæritur C. de in off. teſtamen.* Nulla facta diſtinctione ex quo matrimonio ſint nati atque ita cenſuit. Senatus Pedemontanus *apud Gaſpar. Teſſaur. ad D. deciſ. 170.* Et in eandem ſententiam judicavit Curia Vltrajectina. Quam & probat Peckius *de teſtam. Coniug. lib. 2. C. 18. nu. 10.*

Conſil. 43.

Nu. 2. Adverte quod expreſſa diſtributio partium in eadem oratione, ſive ſequatur legatum rei, *ut in L. re conjuncti D. de leg.* 3. ſive præcedat ita quod Legatum, vel ſubſtitutio incipiat à certis partibus, vel quotis indiviſis non impedit conjunctionem verbalem *L. Manio in princip. de leg. 2. ut notat Molin. ad conſ. 198. Alexand. vol. 6.* Vbi hujuſmodi proponitur thema: Teſtator habens tres filios legitimos Antonium, Bernardinum & Brandilixium legavit Franciſco nepoti ſuo ex alio filio naturali quingentas libras, in quibus dictum Franciſcum hæredem inſtituit, eique Antonium & Bernardinum pro duabus quar-

Digitized by Google

tis,& Brandilixium pro una quarta,& Iacobam Franciſci matrem pro alia quarta ſubſtituit. Accidit omnes ſubſtitutos decedere ante Franciſcum, excepto Bernardino reſpondet Alexander decedente Franciſco totum accreſcere Bernardino,eique totas quingentas libras deberi. Et benè, ut inquit Molin; quia in clauſula Teſtamenti quæ ſequitur eſt eadem ratio quippe per idem verbum ſubſtituit, omnes ſaltem verbis ſunt cōjuncti. Bernardinus vero erat Antonio junctus re & verbis in duabus quartis,in quibus pro parte Antonij potuiſſet reliquos, ſi concurriſſent in Iure accreſcendi excludere, *d. l. re conjuncti Molin. ibi.* Vide tamen hanc materiam late & ſubtiliter pertractantem Antonium Fabrum *de error. prag. decad. 49.*

Conſil. 47.

Hæc Cravettæ ſententia fulcitur ex notatis à Boerio *deciſ. 327. Et Annæo Roberto rerum judicatarum lib. 1. c. 16.* Quo loci inter creditorem & debitorem ſuper nummorum valore, frequenter agitatam controverſiam & doctè & diſertè pertractat & refert Senatum pro creditore pronunciaſſe : ut vel aureorum ſolutio in eadem nummorum ſpecie fieret, aut ſi alterius generis nummi exſolverentur haberetur ratio eius valoris qui tempore ſolutionis viget,non qui tempore contractus fuit: Atque hæc eſt communis opinio & ſententia, D. D. Quam etiam tuetur Fachinęus *lib. 2. controverſ. c. 10.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 50.

Ad quæſtionem, quam proponit, & cogitandam relinquit Cravetta reſpondendum eſt filium onere fidei commiſſi, ſub conditione gravatum, etiamſi Legitima aſcendat ad dimidiam hæreditatis partem, detrahere, nihilominus & Legitimam & Trebellianicam. Primo, quia alias ſequeretur abſurdum, quod nempe de fidei commiſſo paterno pro Legitima & Trebellianica tantum detraheret unus filius, quantum plures, quod menti legis repugnat quæ ob maiorem filiorum numerum Legitimam augeri voluit: Deinde quia Legitimę augmentum ſuam propriam habet cauſam ideoque non impedit Trebellianicæ detractationem, jure communi debitam. Tertio quia c. Raynutius de duabus quartis detrahendis generatim & indiſtinctè loquitur, & ideo generatim exaudiendum. Quam ſententiam in Iudicando ſequuta eſt *Rota Avenion. deciſ. 147.* Et *probat Peregrin. de fidei commiſſ. art. 3. num. 5. 6.* Adverte tamen quartam, quæ ultra Legitimam detrahitur non eſſe quartam hæreditatis, ſed illius alterius ſemiſſis; ita ut Trebellianica cum Legitima ſeptem uncias totius hæreditatis, & dimidium unciæ exhauriat. Sed, quando Legitima eſt triens, una cum Trebellianica ſex uncias conſtituit *Covarru. ad C. Raynaldus. §. 23. Graſs. in §. Trebellianica q. 4. nu. 2.*

Conſil. 51.

Vt huic Cravettæ Reſponſo accedere non poſſim, facit quod ſtipulatio lucri, in matrimonij contractu adjecta, valida ſit & omnino admittenda, ut eſt text. *in c. de illis, de condit. appoſit.* Hæc autem donatio cum proponatur facta futuro conjugi, conſequens eſt eam legitimam cenſeri; nec obſtat text. *in L. ſi ita ſtipulatus fuero §. Si tibi nupſero D. de verbi obligat.* ubi id non licere I.C. aſſerit: ea ratione quod cenſeatur promiſſio facta cauſa libidinis. Sed reſpondendum hanc conditionem ſubſiſtere ex cauſa dotis, ut notant *Ang. Fulgoſ. & Iaſon. in L. 1. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Et manifeſtum eſt poſſe quem ad matrimonium invitari ſpe lucri conſequendi *l. Titio. §. 1. D. de condit. & demonſtrat:* cui accedit quod hujuſmodi conventiones in pactis ante nuptialibus quotidianus uſus adeo approbavit ut dubitationi nullus ſit locus, quãvis hoc reſponſum probare videatur Pinellus de bonis maternis *part. 3. l. nu. 63.* qui tamen loquitur in donatione conſtante matrimonio, facta, & ſic extra noſtræ quæſtionis terminos.

Conſil. 52.

Nu. 1. vide notata ad conſ. 19.

Conſil. 54.

Nu. 9. Adde quod hanc Cravettæ deciſionem in ſpecie

Digitized by Google

ſpecie approbat. *Molin. ad Alexand. Conſ. 14. nu. 6. vol. 6. ubi Alexand. ex Imola refert* quod, ſiquis vendat, vel tradat caſtrum cum pertinentijs, non videtur vendere. Vel tradere res ſpeciales ſitas in territorio caſtri pertinentis ad ipſum concedentem; etiamſi addit Molin. ad illum ſpectent occaſione caſtri ſubfeudum jure feudali retentum: non autem unitum menſæ Caſtri; ſed ſeorſim & per ſe poſſeſſum *ut latè ad conſuetud. §. 13. gl. 1. q. 13. & §. 23. q. 13.*

Adde præterea quod, quidquid eſt intra univerſitatem multorum feudorum præſumitur feudum *ut notat Afflict. in c. 1. ſi de inveſtitut. controv. fu. § cum autem quis.*

Conſil. 55.

Vide notata ad Conſ. 30.

Conſil. 56.

Nu. 2. ad quæſtionis elucidationem conſule. *Covarru. variarum reſolut. lib. 1. c. 13. num. 11. & practic. quæſt. c. 20. Boerium deciſ. 118.*

Conſil. 57.

Nu. 8. Adde quod annuus canon emphyteuticarius quamdiu fundus emphyteuticarius ab ipſo Emphyteuta, vel eius hæredibus poſſidetur, nullius omnino temporis curſu præſcribitur, quoad penſiones futu-

ras, ſed benè quoad præteritas. *Baldus in l. malè agitur. nu. 6. C. de præſcript. Iaſon. in l. 2. nu. 72. & 156. C. de jure emphyteut.* ob nempe cauſam poſſeſſionis quæ non tã penes Emphyteutam quam penes Dominum manere intelligitur: nec proinde præſcriptionis initium conſideratur; niſi à die interverſionis & contradictionis, à quo tempore longiſſimum tempus, ſicut & in alio quolibet tertio poſſeſſore ſufficit. *Ant. & Gaſpar. Teſſaur. deciſ. 114. & 179.* Annui porro reditus quoad ad penſiones longiſſimi temporis præſcriptione extinguuntur; Sors non item *L. Sicut l. Omnis C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Faber in ſuo C. lib. 7. tit. 13. defin. 9.* An autem ſingularis bonæ fidei poſſeſſor, qui non interpellatus longiſſimi temporis ſpatio, rem, alteri pro reditus ſolutione obligatam, poſſederit creditorem, cui hactenus annuatim à debitore aut alio ſolutum eſt, pręſcriptione repellere poſſit vario agitatum ſe. Et quidem Chaſſanæus *ad conſuetud. Burgund. des cenſes § 2. nu. 25. & ſeq.* urgenter arguit, & concludit poſſeſſorem præſcriptionis remedio adjuvari non poſſe: cum creditori nulla negligentia imputari poſſit: ut pote qui quamdiu illi ſolutum eſt ſive à debitore, ſive à tertio, hypotecaria agere non valuerit. *L. Quæ fundum D. Quemadmodum ſervitus amittatur.* & expeditum ſit tum demum præſcriptionis curſum incipere, cum in ſolutione ceſſatum eſt *L. cum notiſſimi § in his D. de præſcript. 30. vel 40. annor. & ita judicatum eſſe refert. Idem judicavit Capell. Toloſa, deciſ. 343.* Contrarium tamen Senatus Pariſienſis *apud Papon. lib. 12. tit. 3. des preſcriptions art. 8. & ſeq.*

Senatus

Senatus Sabaudiæ apud Fab.lib.7.tit.10.ſi adverſus cred. praeſcript.opponat. defin.2.& 5.& Curia Hollandiæ deciſ.8. Poſſeſſorem nempe longiſſimi temporis præſcriptione tutum eſſe pronunciarunt. Quorum Tribunalium ſententia ea ratione fulcitur quod difficilius ſit ut rei ſuæ Dominium poſſeſſori, Domino, quam ut Creditori Ius pignoris eripiatur: ut oſtendit Fab.d.loco.Cui accedit reipublicæ intereſſe ne rerum dominia ſemper ſint in incerto,& ut litium anfractibus tandem finis imponatur,adverte tamen loco decennij,de quo *in L.2.C.ſi adverſus Creditorem* Iuſtinianum ſubrogaſſe tempus 30.annorum. *L.cum notiſſimi C. de præſcript.30.annor.ut in deciſ. Cur. Hollandiæ deciſ.8.*

Conſil. 60.

Vide notata ad conſ.10.

Conſil. 62.

Nu.3. Adde hanc ſententiam frequentiore calculo eſſe receptam: ſcilicet ſub compendioſa ſubſtitutione vulgarem pupillarem, exemplarem, & fidei commiſſariam comprehendi: teſtis eſt locupletiſſimus Graſſus *in §.Subſtitutio quæſt.61.nu.2.3.4.5.& 6.* & exacte relatis utrinque rationibus & auctoritatibus eandem pertractat Surdus *deciſ.37.* Quam & in Iudicio obtinuiſſe memini, in hac Specie: Cum Titius Seiam hæredem inſtituiſſet, voluit ut, illa quan-

doque

doque ſine liberis obeunte, bona ſua devenirent, ad Sempronium ita tamen & non aliter quam ſi Seia bona poſt ſe (verbis utor ad vulgarem loquendi modum proximè accedentibus) relinqueret. Seia deceſſit ſuperſtite adhuc Titio Teſtatore qui & poſtea in fata conceſſit, in vivis degente Sempronio ſubſtituto. Quæſitum eſt num ſubſtitutus; an verò hæredes Titij, ab inteſtato ad illius ſucceſſionem admittendi eſſent? Hæredes ab inteſtato intentionem metiebantur ex eo, quod Seia ante Teſtatorem in fata conceſſerit, ejuſque hæreditatem non agnoverit: & quod conſequens eſt, bona poſt ſe non reliquerit: Relinquere enim poſt ſe nemo dicendus videtur, quæ non habuit: cum privatio præſupponat habitum. Atque ita ſubſtitutionis conditio defecerit maximè ſi attendatur quod hujuſmodi ſubſtitutio ſit reſtricta per dictionem non aliter: Ideoq; extenſionē non admittit. *Anchor.conſ.356.nu.3. & plurimi,quos citat Menoch. conſ.32.6.nu.16.* Contrarium Curia Vltrajectina pronunciavit, & ſubſtitutum ad Titij ſucceſſionem admiſit. Expeditum enim eſt, ſubſtitutionem, factam ſub conditione, quandocunque ſine liberis deceſſerit, eſſe compendioſam, *ut late Sfortia Oddo.in tract. compendioſæ part.4.* tradens hujuſmodi compendioſas ſubſtitutiones ferè ſemper reperiri in hodiernis Teſtamentis. Porro compendioſa etiam facta per verbum commune,ut hic,continet vulgarem, *Bart.in L. Centurio.nu.32.D.de vulg. Alexand. Socyn. Iaſon. Ripa ibid.* Vulgaris autem ſubſtitutio inter alios continet caſum,quando inſtitutus decedit vivo Teſtatore.

L.3.&

L.3.& ibi DD.C.de hered.inſtituend. Vnde conſequitur Sempronium ex capite vulgaris ſub compendioſa contentæ, quia ſcil. Vivo Teſtatore Seia deceſſit ad Titij hæreditatem recte aſpirare. Nec movent dictiones reſtrictivæ, ita tamen & non aliter quam ſi Seia bona poſt ſe reliquerit, &c. quia referuntur ad cauſam ſi quando Seia hæres bona Teſtatoris in vita ſua non alienaverit: quippe quod Teſtator conceſſerit poteſtatem Seiæ bona alienandi, Atque ita loquuntur atque exaudiendæ ſum dictiones reſtrictivæ in caſu ſubſtitutionis fidei commiſſariæ: quando ſcilicet Seia hæreditatem adivit. Porro cum caſus fideicommiſſariæ ſubſtitutionis non evenerit conditionis illi adſcriptæ, rationem habendam non eſſe manifeſtum eſt.

Conſil. 64.

Nu. 1. Vide deciſionem Mantuæ apud Surdum. *341.* Et adde quod hanc Cravettæ diſtinctionem inter pœnam & intereſſe refert villalo 605 *.in ſuis commun.opin.in verbo juram.* dicens ita ſenſiſſe Bald. Alexand. & Boeri. & hæc monitio multò magis requiritur in facto negativo. Deci. *conſ.605.nu.2.poſt Innoc. Bald.& Alexand.per eum allegatos quibus accedat Curt. Jun.in l.quod te nu.28.D.ſi cert.petat.*

Conſil. 65.

Nu. 6. Adde, quod, licet probationes inter alias perſo-

perſonas non noceant tertio, faciunt tamen aliquale præjudicium, minus tamen quam ſemiplenam probationem ut notat *Mol. ad Alexand. conſ. 21. nu. 2. vol. 1.*

Num. 5. vide Teſſau. lib. 2. quæſt. 94.

Conſil. 67.

Quamvis ipſe Cravetta *conſ. 62. nu 10. conſ. 184. nu. 1. conſ. 367. nu. 1. conſ. 584. & 591. nu. 3.* ſequutus magis receptam, DD. ſententiam, de qua per Gabrieli *Lib. 4. tit. de hæred. inſtituend. concluſ. 2.* reſponderit quando Teſtator in alia, ſubſtitutione facta, de minus dilecto vocaverit etiam eius hæredes hoc caſu aliam ſubſtitutionem factam de magis dilecto ad eius hæredes tranſmitti, tamen id ipſum hoc reſponſo reſtringit niſi ratio diverſitatis adferri poſſet quamobrem voluerit Teſtator fideicommiſſum tranſmitti ad perſonam minus dilectam in qua diverſitatis ratione invenienda exnixè occupatur quod tamen Iudici non perſuaſit ut ipſemet aſſerit, *in repetit. l. cum filio in 2. part. nu. 349.* qui juxta communem opinionem tránſmiſſioni locum eſſe pronunciavit. Quam tamen Iudicis ſententiam Cravetta non probat ut putat Zanch. hoc loco ſed ubi caſus rurſum evenerit cum maturius examinandum judici relinquit. Adde *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. nu. 96.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 70.

Nu.25.adde eundem conſ.144.nu.7.& 186.nu.5.& Oſaſcũ hoc reſponſu in citantem deciſ.169.nu.10.& ſeq.

Conſil. 71.

Nu. 4. Iuri offerendi, an præſcribatur triginta aut quadraginta annis quando expreſſe actum fuit, quod liceret in perpetuũ luere & redimere vide noviſſime *deciſ. Dolan.21. apud Crinellum*, ubi convocatis claſſibus definitum ait huic juri nullam temporis quantumvis longævi præſcriptionem obſtare; ubi tamen conſulit ut pactum concipiatur hac forma. Et quotieſcunque contigerit tot annos eſſe decurſos quot ſufficiant ad præſcriptionem, tali præſcriptioni renuncio ex nunc prout ex tunc & promitto tunc revendere, vel ſic: promitto toties revendere, quoties huic facultati præſcriptum erit *adde eundem deciſ.76.*

Conſil. 72.

Nu.1. Adde Oſaſcum deciſ.117.nu.3.hoc reſponſum citantem.

Conſil. 73.

Nu. 7. Adde quod, ubi agitur de probatione unius particularis actus teſtes ſingulares non ſufficiunt, ſed ubi

Digitized by Google

ubi tractatur de probando aliquid in genere puta Titium eſſe uſurarium, & unus ex teſtibus affirmat illum mutatum eſſe Seio ſub uſurus menſe Maio, alter aſſerit illum mutuam dediſſe pecuniam menſe Auguſto ſub uſuris Sempronio ſunt quidem ſingulares ideoque non probant illum actum particularem; tamen probant in genere illum eſſe uſurarium *ut Guid. Papæ quæſt. 544. & ibi addentes.*

Nu. 18. declarat Oſaſcus *deciſ. 72.*

Conſil. 74.

Nu. 3. Hanc Cravettæ ſententiam probat C. Ant. *Teſaur. q. 21.* & addit. Senatum, ex eo quod plures teſtes affirmaſſent aliter ab ipſis dictum atque à Notario ſcriptum eſſet, contra Notarium inflixiſſe torturam.

Conſil. 75.

Nu. 2. Quamvis hanc Cravettę ſententiam impugnare nitatur Stracca in addit. ad hoc conſ. tamen pro Cravettæ ſententia ſtant Paris de Puteo *de reſumpt. inſtrum. Rub. 2. in fin. & Lanfranc. in tractat. de fide inſtrum. nu. 19.* Vbi dicit, ſe Notarium liberaſſe à pœna falſi. Quod & ipſum ipſa juris ratio dictat, ne actus ſine hac extenſione reddatur nullus, ut in ſimili Aretin. *in L. Gallus § idem credendum D. de liber. & poſthum.*

Conſil.

Conſil. 76.

Nu.3. Adverte quod licet *Bart. in L. unica C. de ſatisdan.* Et communiter D. D. ſentiant notificationem revocationis mandati non eſſe neceſſariam, niſi quando agitur de revocando mandatario conſtituto ad negotiationem aliquam certi, & determinati loci dicendum tamen multò magis notificationem eſſe neceſſariam, quando mandatum eſt ita generale ut non ſit reſtrictum ad certum Locum, ut *Molin. ad Alexand. conſ. 83. nu. 7. vol. 7. Nec obſtat text. in §. proſpicere ex l. ſed ſi pupillus. D. inſtitut. act.* Quia ut rectè monet idem Molin. d. §. Non loquitur de mandato negotiandi in certo Loco; ſed de mandato exercendi certam negotiationem ubique, ſaltem ſine coarctatione loci, & licet textus exigat publicationem fieri in loco evidenti ubi exercetur illa negotiatio; non tamen hoc reſtringendum eſt quando eſt mandatum in illo certo loco duntaxat exercendi: maximè cum ex præcedenti. §. de quo palam, manifeſtum ſit, eum, qui alicui geſtioni præpoſitus eſt, non revocari cum effectu; niſi revocatio ad notitiam creditorum & eorum qui tali commiſſione ad contrahendum invitari potuiſſent, pervenerit.

Conſil. 77.

Nu. 1. & 2. Si nubenti filiæ pater & mater ſimul unam, candemque pecuniæ quantitatem promiſerint,

adjecta etiam clauſula ut eam ſinguli in ſolidum debeant; obligatis quoque in eam rem ſpecialiter bonis quibuſdam maternis, ita exaudienda eſt promiſſio, ut à ſolo patre dos conſtituta videatur: Matris autem perſona cenſeatur adjecta ut fungatur acceſſionis potius vice, quam ut correa debendi conſtituatur, quippe quod patri dotandi onus incumbat, non matri; adeo ut ſi delata filiæ materna hæreditate, pater dotem filiæ conſtituerit hoc addito tam ex paternis quam maternis bonis, de paternis duntaxat, ſi ſufficiant dotaſſe videatur *L. ult. C. de dotis promiſſio Fab. in ſuo C. lib. 5. tit. 6. defin. 7.* Hæc tamen Iuſtinianea conſtitutio in locis, quibus conſuetudine aut ſtatuto bonorum communio inter conjuges introducitur, non obtinet: ubi etſi pater ſolus ſive dotem; ſive donationem propter nuptias liberis conſtituat, ex communibus bonis promiſiſſe cenſetur: talis enim promiſſio ratione adminiſtrationis proceſſiſſe exiſtimanda eſt, quæ, cum fiat communi nomine, juxta Communionis Ius & naturam eſt metienda. *Covar. lib. 3. variar. reſolut. C. 19. nu. 3. Petrus Zans. de diviſ. bonor. lib. 2. c. 17. nu. 1.*

Conſil. 78.

Nu. 6. Adde Felin. in c. licet ex quadam ex de teſtib. Decium conſ. 459. nu. 10.

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 79.

Nu. 7. Quando una cauſa ſit præjudicialis ad alteram, & quando debeat ſuperſederi in primo judicio donec ſuper incidenti pronunciatum ſit? vide ex recentioribus *Menoch. conſ. 301. nu. 26. & ſeq.* ubi hoc multis exemplis illuſtrat.

Conſil. 82.

Nu. 4. Adde quod, licet ſola inæqualitas ſive proventuum, ſive onerum non vitiet beneficiorum permutationem, nec vitietur etiam ex eo, quod juvenis cum ſene contrahat, plura tamen ſimul juncta inducunt fraudis præſumptionem. Ægidius Bellam *deciſ. 344.* Molin ad Decium *conſ. 2. 10. nu. 5.*

Nu. 6. Adde hæc, declarantem Oſaſeum *deciſ. 39. nu. 41.*

Conſil. 83.

Nu. 6. Labitur hic Cravetta, eumque refellit Molinæus *ad conſ. 63. Alexandr. vol. 6.* Nam vera eſt ſententia, venditorem non teneri, probare quod ſi fuiſſet interpellatus habuiſſet facultatem defendendi, ſed hoc onus probandi incumbit emptori: qui litem ipſi motam non denunciavit venditori, latè inter alios Afflictus *deciſ. 49.*

Conſil. 84.

Nu. 2. An filia de Dote ſua diſponere poſſit quando pars dotis aut ex contractu aut ſtatuto ad alium perveniri debet. Vide Oſaſcum *deciſ. 20. & an filia vidua de dote teſtari poſſit, ita ut teſtamentum patre vivente ſubſiſtat. Conſule Teſſaurum *deciſ. 150.*

Conſil. 85.

Variam experitur cenſuram hoc Cravettæ reſponſum: ſi quidem Rolandus à Valle *conſ. 44. & 70. Franciſc. Beci. conſ. 20. Torniell. apud Portium conſ. 82. & Peregrin. de fidei com. art. 36. nu. 134.* illud improbant & donationem, in filium collatam, ut matrimonium contraheret cum aliqua muliere nobili, quæ alioquin nolebat illi nubere, conferri debere aſſerunt: eò præcipuè nixi argumento, quod Donatio de qua agitur non ſit ſimplex; ſed ob cauſam nempe contrahendi matrimonij & proinde conferenda ſit ſicut dos & donatio propter nuptias. Quodque donatio ob cauſam non illa dicitur quæ munita eſt cauſa neceſſaria de Iure poſitivo ſed etiam quæ innititur naturali affectioni ad ſic faciendum, prout donare filijs ut aptè & decenter nubant. Ex adverſo collationi locum non eſſe, & Cravettam rectè reſpondiſſe adſtruunt *Io. Petrus Surdus conſ. 143. Franciſ. Burſat. conſ. 188. lib. 2. Fachin. lib. 5. controverſ. c. 82.* Quorum ſententiam juri magis conſonam exiſtimaverim: quia

cum

cum manifeſtum ſit ceſſare collationem ex voluntate parentis, non ſolum ſi voluntas illa expreſſa ſit; ſed etiam tacita *Bald. conſ. 210. in princ. lib. 4. Socyn. conſ. 127. lib. 3.* In propoſita autem hypotheſi ſatis conſtet de voluntate matris donantis, collationem fieri nolentis, quippe quæ donationis executionem, reſervato ſibi uſu fructu in tempus mortis diſtulit: & ſic, niſi collationem prohibuiſſe cenſeatur, donatio eſſet inanis: viva enim matre filius ex ea nullum poſſet percipere commodum & collationis beneficio inter illum & ſororem æquis partibus poſt matris obitum divideretur. Et ſic actum eluſorium feciſſet contra *L. Si Prat. 50. D. de Iudic.* Nec urget quod objicitur hujuſmodi donationem non eſſe ſimplicem ſed ob cauſam & doti donationique propter nuptias non abſimilem, ut enim demus hanc Donationem veré ſimplicem non eſſe, non tamen cenſeri debet ob cauſam neceſſariam inſtar dotis & donationis propter nuptias, ad quas conſtituendas parentes compelluntur *L. fin. C. de dot. promiſſ.* & ſecundum hanc Sententiam Senatus Dolanus judicavit apud Grivellũ *deciſ. 129.* qui hanc controverſiam laté & erudité pertractat.

Conſil. 88.

Nu. 3. *Adde, Socyn: num. conſ. 170. nu. 33. vol. 2, Ruinum. conſ. 183. nu. 1. vol. 2.*

Conſil. 89.

Quantum ad alimenta pertinet, procedit ſi aliunde

Digitized by Google

de non habeat unde ſe alat: nam habenti etiam Legitimo nihil pater debet. Enimvero ſi proponas filium naturalem eſſe viri nobilis quem non deceat mechanicas artes exercere pro modo patrimonij & pro qualitate perſonarum, patriſque dignitate alimenta illi decernenda ſunt. *Fab. in ſuo C. lib. 5. tit. 16. de natural. lib. & ſpur. def. 7.* Hinc in Senatu Pariſienſi judicatum refert. Molin. *ad Alexand. conſ. 74. nu. 3. & ſeq. vol. 3.* Hæredes eius, qui amplas poſſeſſiones reliquerat, juſſos eſſe filio illegitimo alimentorum nomine dare fundum quadringentarum librarum annui reditus non ſolum ad vitam; ſed etiam jure plenæ proprietatis pro ſe, & ſuis. Quod facilius admittendum eſſe cenſet idem Molin. ceſſante prole Legitima.

Conſil. 91.

Nu. 1. Cravettæ ſententiam laudat & probat dicens illam eſſe communem Ronchegal. *de duobus reis, cui adde Afflictum deciſ. 209. Oſaſcum deciſ. 44.*

Conſil. 92.

Vide notata ad conſ. 84.

Conſil. 94.

Nu. 2. Regula. *l. altius C. de ſervitut.* an procedat quando quis acquirit, partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita,

ita

ita ut non poſſit emptor altius tollendo luminibus officere vide *Teſſaur. deciſ. 48.*

Conſil. 97.

Nu. 6. Vide Oſaſcum hoc reſponſum citantem & declarantem, *deciſ. 169. nu. 5.*

Conſil. 98.

Nu. 3. Adde Socyn. Sen. conſ. 125. nu. 5. & 6. lib. 1. Curt. Junio. conſ. 43. & 121. nu. 15. Graſſum. §. fideicommiſſum quaſt. 16. nu. 2. & 3.

Nu. 9. *Vide Socyn. Juni. conſ. 3. nu. 29. lib. 1. Menoch. conſ. 85. nu. 66. & 99.*

Conſil. 100.

Ad hujus Conſilij declarationem vide *Puteum deciſ. 67. lib. 3.*

Conſil. 101.

Hoc reſponſum impugnat Riminal. Iunior. *conſ. 334. lib. 3.* Vbi reſpondit Legatum, pure relictum ſed capiendum pro dotandis filiabus ipſius legatarij, eſſe conditionale, & non tranſmitti ſicut & illud improbat Morotius *conſ. 2. & 3.* ut refert Caius Teſſaur. *lib. 1. q. 68.* Sed cum in hac hypotheſi legatum non

ſit ſuſpenſum in eventum nuptiarum, rectè Cravettam reſpondiſſe putaverim, Legatum nempe tranſmitti, ut etiã cenſet. Molin. ad Alexand. *conſ. 76. vol. 5.*

Conſil. 104.

Nu. 1. Adde Hypolitum de Mariſil. *in l. ſi quis ut queſtio. nu. 5. & ſeq. D. de queſtio.* Vbi ponit regulam cum ampliationibus *Alexand. conſ. 77. in fi. & conſ. 147. nu. 2. vol. 6.*

Conſil. 105.

Aſſertio quantitatis & qualitatis, rei venditæ quatenus obliget venditorem. Conſule Decium *conſ. 347. & conſ. 500. Boerium deciſ. 50.*

Conſil. 108.

Nu. 4. Adde quod ex hodierna praxi ſententię nullitas per modum appellationis proponi debet quia appellatio utrumque caput complectitur & nullitatis & iniquitatis Molin. ad Alexand. *conſ. 12. nu. 2. l. 5.*

Conſil. 109.

Approbant hoc reſponſum Oſaſcus *deciſ. 110. & Teſſau. deciſ. 189.* Quibus adde quod quando omnes ſunt pariter & in eadem Oratione poſiti in conditione ſubſtitutionis, vel fideicommiſſi, ſimpliciter ſine mutua

mutua ſubſtitutione, & ſine dictione collectiva, exſtante conditione, vel fideicommiſſo in parte unius, locus eſt ſubſtitutioni in parte ejuſdem *L. Lucius §. Caio D. ad Trebellian. l. fin. §. Filium D. de leg. 2.* Quod temperabis non procedere in filijs & deſcendentibus Teſtatoris, quorum favore cenſetur conditio eſſe collectiva, & ut prius in omnium perſonis exſtet neceſſe eſt: ut Molin. ad Alexand. *conſ. 175. nu. 1 lib. 5. Oſaſc. dicta deciſione nu. 14.*

Conſil. 111.

An Libertas non ſolvendi onera nulla prævia interpellatione, vel recuſatione, præſcribi poſſit variè à noſtris agitatū eſt, & quidem Cravetta hoc reſponſo ſtat pro præſcriptione & carpit Alexand. qui *conſ. 136. vol. 2.* diſertè tradit in hujuſmodi oneribus libertatem ex curſu temporis non acquiri, niſi interpellatio præceſſerit. Quæ tamen Alexandri ſententia ſolidis nititur argumentis: nulla enim conſiderari poteſt præſcriptio abſque poſſeſſione. Porrò poſſeſſio cauſari non poteſt niſi data requiſitione cum negatione *Bart. in L. Si prius nu. 4. D. de oper. novi nunciat*, & cum ante requiſitionem res maneat in terminis meræ facultatis conſequens eſſe videtur, præſcriptioni locum non eſſe, nec admittenda eſt Cravettæ diſtinctio inter actum collectandi, quem neceſſarium appellat, & inter actus altius non tollendi, coquendi panem in furno alterius vel molendi in alterius molendino, quos voluntarios dicit, ut in his quidem interpella-

tio requiratur; in illo non item: ut pote quæ nulla lege nulla diverſitatis ratione fulcitur. Sicut enim actus, altius non tollendi ædificium coquendi, molendi, ſunt voluntarij: ita & actus collectandi: imponens enim collectas poteſt alicui non imponere, & poſtquam impoſuit non exigere, ut in ſpecie non abſimili determinat Grammaticus *conſ. 69.* Non inficior ex parte illius cui collecta eſt impoſita, dici actum neceſſarium: quia ſolvere compellitur: ſed idem obtinet in exemplis Cravettę, quia poſt onera impoſita, ſcilicet altius non tollendi, coquendi & molendi, in furno & molendino alterius, reſpectu eorum contra quos ſunt introducta, ſunt actus plane neceſſarij: non enim poſſunt altius tollere, coquere alibi, vel molere. Sicut igitur in præſcribenda libertate hujuſmodi actum, ut admittit Cravetta, requiritur interpellatio, & recuſatio: idem in actu collectandi obtinere videtur, prout docet Grammat. d. conſ. 69. nu. 12. ubi dicit quod in tangentibus impoſitionem collectarum negativè non auditur immunitatem allegans ex ſolo temporis curſu, eo prætextu quod non fuerit ſolitus ſolvere citat *DD. in L. comperit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Nec tam ſupinus fuit Alexand. ut erraverit allegando Bart. *in D. l. cum ſcimus*, quaſi Bart. non ſenſerit interpellationem requiri: nam ſi verba Bart. penitius examinentur à contrario ſenſu evincitur ex Bartoli opinione interpellationem eſſe neceſſariam: arguit enim ex illo textu, quod ſi terræ recommandatæ teneantur mittere ſubſidium equitum & peditum civitati Peruſij & illud

tempore

tempore immemorali non præſtiterint, nec Civitas Peruſina illo tempore requiſivit, per talem ceſſationem dictæ terræ non præſcripſerunt libertatem eius ſervitij. At proponamus ex diametro caſum contrarium, ſi Peruſina Civitas dictas terras ad hujuſmodi præſidium mittendum requiſiverit & illę recuſarunt. Vtique vult Bart. poſt tempus longiſſimum ſi Peruſina Civitas recuſationi acquieverit libertatem præſcribi, & eo intellectu Bartolum citavit Alexand. parique modo loquuntur *Felin. in c. cum acceſſiſſent de conſtitut. & Panormitanus conſ. 101.* Vbi obligatus erat Abbas S. Bartholomei obedire Abbati S. Crucis non obedivit quia alter nihil præcepit. Reſpondet Panormitanus libertatem præſcriptam non eſſe: Ea ratione quia ex non uſu non inducitur præſcriptio abſque actu contrario, ut Hyppolytus Riminaldus *conſ. 10. vol. 1.* quo loci ſententiam Alexandri probans contrariam Cravettæ opinionem l[illegible]è & doctè refellit, & Alexand. in Iudicando ſequutus eſt Ioſephus Ludovicus *deciſ. 3.* Et plures à Raveſcalla citati *in addit. ad d. Alexand. conſ. 136.* Quamvis interpellationem non requiri cenſeat C. Anton. Teſſaur. *lib. ſing. q. 8.*

Conſil. 112.

Nu. 8. Cravettam cum Baldo ſentientem ſolutionem nempe Canonis emphyteutici probandam eſſe per ſcripturam aculeatè perſtringit Molinæus ad Conſuetud. Pariſien. tit. 2. *des droicts ſeign. nu. 38. & ſeq.* Cravettæ tamen opinionem ut communem &

Iuri

Digitized by Google

Iuri conſónam tuetur, Oſaſcus *deciſ.53.*

Conſil. 113.

Nu. 1. *Vide, Pinellum ad primam part. Rubri. C. de bonis mater. nu. 24.*

Conſil. 114.

Nu. 13. Vide notata ſupra ad conſ. 11.

Conſil. 117.

Vide notáta infra ad Conſ.

Conſil. 120.

Nu. 3. & 4. Quando proteſtatio de metu neceſſaria ſit, vide eundem Cravettam *conſ. 378. nu. 8. & 11. Et adde* C. *Teſſaur. lib. 1. q. 51. nu. 15. 16. 17. & 18.*

Conſil. 123.

Nu. 7. vide notata ſupra conſ. 26.

Conſil. 125.

Nu. 1. Quod dicitur ea quæ pater donavit uni ex filijs cauſa ſtudiorum conferenda non eſſe *l. Quæ pater D. famil. erciſc. Bart. in L. 1. §. nec caſtrenſe nu. 8. D. de collat. bonor.* temperandum eſt niſi pater penes ſe habeat

habeat bona propria ipſius filij *arg. l.ult. D.de petit. hared. Hartmannus Piſtor lib.1.quaſtio.6.19.*

Conſil. 127.

Vide notata ad conſ.19.& 52.Et adde Teſſaur lib.2. queſt.90.

Conſil. 129.

Nu.1. Mercatores ſocij tenentur pro rata, & non inſolidum. *l.Si cum plures D.de exercit.acti.* Niſi appareret alterum ab altero prępoſitum vel quando in eadem ſtatione duo ſunt qui promiſcuè negotiantur, modo unus, modo alter, *Bald.ſequutus Rainerium de Forli. in L.cum te in Gallia C. ſi cert. pet.* Tunc enim quilibet in ſolidum conveniri poteſt ne in plures diſtringatur, is qui cum uno contraxit *l.ne in plures D. de exercit.act. Senatus Mantuan.apud Surd.deciſ.213.* Quod adeo obtinet ut etiam unus ex ſocijs contrahens poſſit obligare bona ſocij, ita ut detur realis actio contra poſſeſſores bonorum ſocij *Surd.dic loco,* licet in hoc puncto contrarium teneat Alexand. *vol. 7.conſ.ultim.*

Conſil. 131.

Vide notata ad conſ.22.nu.19. adde Crinellum deciſ. 18.nu.33.

Digitized by Google

Conſil. 133.

Vide notata ad Conſ.40.

Et adde quod quamvis legans vel donans rem videtur donare, vel legare jus tantum quod habet. *Alexand.& Iaſon.in l.ſi domus § .fin. D.de leg.1.Iaſon.in L. Servi electione, & in L. Servum filij. D.eodem. Idem conſ.109.lib.4.*illud tamen non procedit in contractibus oneroſis *Bertrand conſ.29.lib.1.* Vel ſi apparet de mente clara tunc enim etiam in lucrativus debetur æſtimatio *Molin. ad Alexand.conſ. 47.nu. 2. lib.3.* Cæterum qualiter ſit pręſtandum legatum de re propria hæredis, vel quando res eſt cum hærede communis *vide C.Teſſaur. lib.1. q. 55. & Fabrum in ſuo Cod. lib.6.de legat.defin.13.*

Conſil. 134.

Nu. 14. Adde quod in conſuetudine atque etiam in præſcriptione jurium incorporalium, quæ fit jure communi reſiſtente, requiruntur ſcientia & patientia principis, ſaltem officialis, qui territorio præeſt, ad cujus curam hoc pertinet *L.3.C.nona vectigal. Molin.ad Alexand.conſ.6.nu 3.lib.1.*

Nu. 39. Temperandum hoc Cravettæ dictum ſi pręſumptiones eſſent valdè urgentes: puta, ſi cum vitio ſcripturæ concurrat mala fama Notarij ut hoc conſilium citans, & in caſu propoſito approbans *tradit.C.Teſ.lib.1.q.47.nu.6.*

Conſil.

Conſil. 135.

Nu.20.vide notata ad Conſ.7.

Conſil.138.

Nu. 1. Adde quod ſecundum ſententiam jure canonico receptam, quæ etiam in foro civili obtinet ut filius ſit naturalis, ſufficit eum natum ex his inter quos matrimonium contrahi poterat, *Covar.de ſponſal.in 2.part.c.8.§ 4.Sarmient,ſelect.interpretat.lib.1. c. 7.8.* & cum juris præſumptio ſit proclivior in eam partem quæ gravioris criminis tollit ſuſpicionem, prævalet ea ſententia, quæ filium naturalem & non ſpurium præſumit, ſecundum quam etiam judicavit *Rota Roman decis.808.in.1.part.*

Nu. 3. Adde quod conjuncti per matrem ſi ſint ſpurij, vel vulgo quæſiti ſuccedunt ad invicem inter ſe ipſos tranſverſales. Secus ſi ſolum conjuncti ſunt ex parte patris: quia tunc ubique ferè ſunt incapaces *Molin.ad Alexand.conſ.174.nu.1.vol.5.* Ideoque ſi illegitimus deceſſerit inteſtatus jure agnationis hæreditas eius ad neminem pertinet. *l. 2. & 4. D. unde cognati ll.tutelas D.de capit.minut.* quia jura agnationis ex patre oriuntur & ideo bona ejuſdem inferuntur fiſco illius teritorij ubi ſunt ſita ut de ſucceſſione ſpuriorum videre eſt apud Nicolaum Burgund. *ad conſuetud.Fland.tract.13.*

Conſil.

Conſil. 139.

Nu.6. Adde veriorem eſſe ſententiam donationem hæreditatis inter vivos non valere, quæ & frequentiori calculo recepta eſt textus manifeſti *in L. Hæreditas C. de pact. convent. in L. pactum quod dotali. C. de pact. in L. ex eo C. de inutil. ſtipul.* Nam ſi pacto dari non poteſt conſequenter nec donatione, utpote quæ per pactum fiat. Nec verbum hæreditatis ad bonorum ſignificationem detorqueri poteſt: quia illud eſſet confundere jura hæreditatis cum actibus inter vivos, & ſic hæreditas per indirectum pacto dari poſſet, quod à legibus & earum ratione alienum eſt, Sed an mortis cauſa hæreditatem ſuam quis donare poſſit? Et magis eſt poſſe: quia hæc donatio, equiparatur ultimis voluntatibus & pœnitentiam admittit, atque ita jure ultimæ voluntatis ſubſiſtet non quidem Iure directo; ſed veluti per fideicommiſſum, hæreſque gravatus cogendus eſt eam, detracta Trebellianica donatario reſtituere *Decius in L. licet C. de pact. Clarus in § Donatio queſt. 19. Fachin. lib. 6. c. 94. & 95.*

Conſil. 141.

Nu.5. Sed an in Legitimę computatione detrahendum ſit tanquam æs alienum id quod alteri filiæ debetur ratione dotis ei conſtitutæ à patre: & magis eſt computandum eſſe in patrimonio defuncti omne id quod dotis nomine aut promiſſum aut perſolutum

eſt

eſt ut exactè Molin. *conſ.35.nu.20*.Et noviſſimè judicatum refert Crivel, *deciſ.97*.

Conſil.142.

Nu.8. *vide Oſaſcum hoc conſilium citantem & declarantem deciſ.24.nu.1.& 2.*

Nu.26. Adde eundem Oſaſcum deciſ. 132.num.14. & 15.

Conſil. 144.

Communis eſt ſententia ſecundum quam reſpondet Cravetta detrahi poſſe ab hærede adverſus fideicommiſſarium bona ipſi hæredi debita ex cauſa fideicommiſſi, quod extenditur ad bona dotalia, licet hæres inventarium non confecerit. *Bald. in L. Debitori. C. de pact. Caſtrenſis in L. ita tamen §. Si ex Trebellian D. ad Trebellia & alij quos refert Roland. de Confect. Inventarij part.4.§ pone hæres.* Licet contrarium tenuerint. Imola in *L. Ab omnibus §.ult. de leg.1.& in l. Debitor. D. ad Trebellian.* Et Ruin. *conſ.99. num.4. lib.2.* Vtriuſque opinionis argumenta tractat Fachin. *lib.6. controverſiar.c.33*. Limitabis tamen communem opinionem non procedere ſi urgentes adſint conjecturę, quæ arguunt Teſtatorem ſenſiſſe de bonis reſtituendis etiam hæredi ex cauſa fideicommiſſi debitis ut Menoch. *conſ.688.nu.16.*

Conſil. 146.

Nu. 7. In ſucceſſore ſingulari definitum eſt malam authoris fidem non nocere bonæ fidei ſucceſſori *Auth. malæ fidei C. de præſcript. long. temp.* In univerſali autem ſucceſſore controvertitur ut videre eſt apud Covaru. *in c. poſſeſſor malæ fidei in 2. parte relect.* §. 9. In praxi tamen prævalet eorum ſententia qui cenſent quod mala fides authoris non nocet univerſali ſucceſſori exiſtenti in bona fide & ex ſua perſona præſcribere volenti: nec quantum ad hoc eſt differentia inter Ius Canonicum & civile. *Molin. ad L. 2. §. Ex his D. de verb. oblig. Idem ad Alexand. conſ. 4. l. 2.*

Conſil. 148.

Nu. 6. adde quod ſi hypothecaria actio fuerit inſtituta contra unum ex hæredibus qui ſuccubuit contra alios hæredes non eſt interrupta præſcriptio, niſi ſubornaverint illum qui ſuccubuit, ut ſolum ſe liti offerret, & judicium experiretur; quia eo caſu ob malam fidem, interrumpitur etiam longi temporis præſcriptio ut notat *Molin. ad Alexand. conſ. 98.*

Conſil. 150.

Nu. 5. Adverte eum qui adverſarij confeſſione nititur, debere quidem agnoſcere confeſſionem quatenus facti, non quatenus Iuris eſt: ut pulchrè & ſubtiliter

Digitized by Google

tiliter in quæſtione explicanda: an is qui conventus à creditore confeſſus eſt ſe hęredem ſed cum adjectione ſub beneficio Inventarij , nec Inventarium exhibeat nullis alijs accedentibus hæreditatis aditæ probationibus condemnari inſolidum tanquam abſolutus hæres debeat, explicat Faber. *de error. pragmat. decad. 2. err. 9.* Et confeſſioni qualificatæ an & quando credendum & an dividi poſſit & pro parte rejici conſule. Crivellum *deciſ. 12.*

Conſil. 153.

Nu. 14. Adde quod ſi habeo cauſam ab autore meo in aliqua re cui poſtea ſuperveniat jus in re illa, tale jus ſuper veniens authori prodeſt mihi ad agendum *l. à titio D. de rei vindica*, niſi contractus fuerit nullus; quia tunc jus ſuperveniens authori non prodeſt mihi ad excipiendum *L. Illicite D. de rebus eorum Imola. in l. cum vir D. de uſucap.*

Conſil. 155.

Num. 3. Adde quod liberorum appellatione non tantum deſcendentes omnes, qui ex eodem genere, & eadem familia orti ſunt; ſed & cæteri omnes etiam nati ex fœminis in aliena familia continentur *L. cognoſcere §. 1. D. de verb. ſignific. l. 1. D. de Iure immunit.* Quod & in contractibus & in ultimis voluntatibus procedit, ut in contractibus eſt text. *in L. ſi dotali D. ſolut. matrim.* ubi ſcriptum eſt ſi dotali inſtrumento

Digitized by Google

ita ſtipulatio interpoſita ſit, ut Liberorum nomine dos apud maritum reſideat, nepotum quoque nomine dotem retineri: Nepotum inquam etiam ex filia ſuſceptorum, ut ad eum locum DD. notant *in L. 1. C. de condit. inſert. appoſitè Ant. Fab. in prim. part. Conſultationis ſuper montis ferrati Ducatu fol. mihi 204. 205. & 206. & fol. 222. & 223.*

Conſil. 156.

Nu. 4. Adde ex pacto de retro vendendo, & precij modicitate, ſi ad juris rigorem ſpectes contractum non præſumi fœneratitium: niſi & tertium requiſitum accedat, conſuetudo, nempe fœnerandi ut ſunt textus *in c. ad noſtram. ex de empt. & vendit. & c. illo vos de pign.* Vbi in hoc ultimo capite S. Pontifex reſpexit ad fœnerandi conſuetudinem. Et ſecundum hanc ſententiam judicavit Senatus Pedemont. apud Oſaſcum *deciſ. 42.*

Conſil. 157.

Carpit hoc reſponſum Vigelius cent. 3. reſponſ. 7. & reſpondet reum ante reſtitutum prædium dominij quæſtionem actori referre non poſſe. Nititur eo argumento quod actor non rei vendicatione, ſed locati actione experiri cenſetur: neque enim, inquit, penſio viginti novem annorum venit in rei vendicationem ſcilicet in locati actionem. Et quidem ſi facti ſeriem & libellum propoſitum perpendamus, conſtat actorem

Digitized by Google

actorem egiſſe ad penſiones præteriti temporis viginti novem annorum,& ad expeditionem & relaxationem bonorum locatorum, quæ libelli forma magis convenit cōdicenti poſſeſſionem ex locato quam rem vindicanti: ut infertur ex locationis natura, quæ nec Dominum nec poſſeſſionem transferre ſolet *l. ſi quis conductionis C.locat*. & cum libellus ſit exaudiendus in actoris commodum *Decius conſ.212.Socyn.reg. 237.* pro actore poſſeſſionem repente pronunciandum exiſtimaverim porro ad reſponſi huius uberiorem declarationem *videndi Menoch. & Faber. hoc reſponſum citantes; hunc lib.4.ſui Cod. tit. locat. defin. 41. illum de recuperand.poſſeſ.remed.11.nu.49.*

Conſil. 158.

Nu.12.adde Oſaſcum deciſ.4.nu.5.& 6.

Conſil.159.

Nu. 3. Adde quod ſi in ſocietate unus ponat pecuniam, alter operam: & pecunia pereat, damnum erit commune. *Mol.ad Alexand.conſ.131.nu.3.vol.5.* & ſi unus in ſocietate ponat mille aureos & alter operam, in ſocietatis ſolutione capitale mille aureorū redditur deponenti *Idem ad Alexand.conſ.116.l.1.*

Conſil. 160.

Nu. 1. Cravettam ſequitur Sola *in antiquis decret.*

tit. de donat: mino. Gloſs. in 2. part. in fin. & de materia vide Gaſp. Teſſaur. lib. 2. q. 8.

Conſil. 164.

Nu. Adde veram & receptam eſſe ſententiam providendum eſſe de alimentis & litis ſumptibus filio agenti ad Legitimam aut alijs conjunctis perſonis etiam lite adhuc pendente & in prima inſtantia; atque ita ante cœptam liquidationem ut evincit *textus in L. ult. C. de ordin. cognit. ut latè Covar. practic. quaſt. c. 6. Rota Roman. deciſ. 2 tit. de Iudic. Afflict. deciſ. 11. Surd. de aliment. tit. 1. q. 112. nu. 18.*

Conſil. 165.

Nu. 5. vide notata *ad conſ. 141.*

Conſil. 166.

Contra Cravettam reſpondit *Natta conſ. 421.* filium ſcilicet natum ex vidua non retenta pro concubina eſſe inſucceſſibilem, ſicut alij ex damnato coitu nati, ſed Cravettæ opinio receptior eſt, hunc nempe non ſolum matri ſuccedere ſed etiam præterito dari quærelam contra matris teſtamentum, atque ita aliquoties Senatum Pedemontanum pronunciaſſe refert Teſſau. *lib. 2. q. 26. & q. 83.*

Digitized by Google

Conſil. 167.

Nu. 12. Adde, ubicunque contractus primus eſt incompatibilis cum ſecundo aut ſecundus cum primo, ſemper fieri novationem, quæ eſt communis & vera Sententia quam firmat Rota *deciſ. 262. nu. 5. part. 2. in novis Menoch. lib. 3. præſumpt. 134 nu. 39.* Idem obtinet quando primo contractui nova forma adjicitur *Bald. in l. Tam mandatori nu. 5. C. de non numer. pecun. Bartarol. clauſ. 41. gl. 7. num. 5.* Vnde ſi mutuum fuit contractum unius anni, fidejuſſore interveniente, & poſt annum lapſum debitor promittat intereſſe, aut conſtituat annuum redditum inſcio fidejuſſore rectè reſpondit Fachin. *cap. 30. lib. 12.* liberatum eſſe fidejuſſorem. Quibus adde Veriorem quidem eſſe Sententiam ut in caſibus quibus de jure Digeſtorum inducebatur tacite novatio ipſo jure: non inducatur hodie novatio ope exceptionis, ſi non eſt expreſſe actum quod fiat novatio: ſi tamen ex manifeſtis conjecturis appareat de animo novandi ſatis de ea actum eſſe cenſetur, *ut Molin. ad Alexand. conſ. 13. nu. 6. vol. 2. de quo vide Fabr. in conſultat. ſuper Ducatu montis ferrati fol. 103. nu. 19.*

Conſil. 171.

Nu. 19. vide notata *ad conſ. 153.*

Conſil. 174.

Nu.1. Adde quando Teſtator vult totam hæreditatem reſtitui non cenſetur prohibuiſſe detractionem Trebellianicæ quia non eſt veriſimile Teſtatorem velle per verba generalia privare hæredem legali auxilio, & nunquam cenſetur prohiberi detractio, niſi verbis expreſſis prohibita ſit *l. marcellus §. item Sempronius D. ad S.C. Trebellian. Molin. ad Alexand. conſ. 5. nu. 14. vol. 3. atque ita judicavit Senatus Pariſienſ. apud Anna. Robert. lib. 4. cap. 17.*

Conſil. 175.

Nu.2. *Adde quæ notant addentes ad ſing. Guid. Papæ. 377. & Oſaſcum deciſ. 172.*

Conſil. 179.

Nu.6. vide notata ad *conſ. 83.*

Conſil. 182.

Nu. Adde Oſaſcum *deciſ. 34. nu. 25.*

Conſil. 185.

Nu. 3. An facultas eligendi totum augmentum in uſu fructu vel medietatem liberam ex ſtatuto tranſmittatur

Digitized by Google

mittatur ad hæredes vide *C.Teſſaur.q.49.nu.14.* ubi declarat Cravettam quando ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti lucrum provenit, & adde *Gaſp.lib.2.quæſt.9.*

Conſil. 186.

Nu. 5. Adde eundem *conſ. 188.nu.2.*

Conſil. 187.

Nu. 1. hanc Cravettæ ſententiam non uſu-fructuarium univerſalem ſed hæredem teneri ſolvere legata, vendendo tamen bona hæreditaria, & ſic cum diminutione uſufructus, quæ & communis eſt, probant *Covar. varia reſolut. lib. 2. c. 2. nu. 7. Graſſus in §. legatum. q. 36. nu. 4.* ad annua tamen legata ſolvenda tenetur ſolus uſufructuarius niſi tanta ſint ut totum abſorbeant uſufructum ut latè Crivell. *deciſ. 55.* Porro quando uſufructuarius omnium bonorum concurrat cum legatario rei particularis videre eſt apud Fachin. *lib. 13. c. 28.*

Adde Cravettæ dictum exaudiendum eſſe quando onus eris alieni indictum eſt ipſis rebus, aut perſonæ: ratione bonorum, ut in tributis, & collectis: quia hujuſmodi onera ſpectant ad eum, qui bonis fruitur.

Nu. 7. de cautione per uſufructuarium præſtanda vide Pinell. de bonis mater. *in L. 1. part. 2. nu. 76. Oſaſc. deciſ. 153. Gail. practic: obſervat: Lib. 2. Obſervat. 144. Teſ. deciſ. 80.*

Digitized by Google

Conſil. 188.

Num. 3. Adde Boerium conſ. 30. nu. 11. Pinellum in tertia part. l. 2. C. de eſcind. vendit. nu. 9.

Conſil. 189.

Nu. 7. fructus rei pignoratæ aut antichriſeos adeo cedunt in ſortem *L. 1. 2. 3. C. de pignor.* actio, ut etiam ſi conventum ſit ut cedant lucro creditoris pro ſuo intereſſe, hujuſmodi conventio non valeat, niſi aliunde probetur intereſſe partis, & quod tanti interſit quanti valebant fructus rei pignoratæ; tunc enim non dicitur uſura, ſed legitimum intereſſe. Quod licitum eſſe & deberi judicavit Senatus Pedemontan. *apud Teſſaur. deciſ. 87. & Oſaſc. deciſ. 143. latè Molin. de uſur. q. 35. nu. 2. 5. 9. & Gail. lib. 2. obſervat. c. 3.*

Conſil. 191.

Nu. 3. Adde pract. papien. in For. libell. vendit. Eamque opinionem dicit communem Roma. *conſ. 102.* Guido Papæ *conſ. 4. nu. 7. & conſ. 118. nu. 3.*

Conſil. 192.

Nu. 8. & ſeq. vide Oſaſcum *deciſ. 41. nu. 3. 4. & 5.*

Digitized by Google

Conſil. 197.

Nu.7.vide notata *ad conſ.60.nu.1.*

Nu. 8. Creditor in diem an ante diem agere poſſit ut die veniente ſolvere condemnetur vide Oſaſcum *deciſ.130.*

Nu. 8. Adde dicendum indiſtinctè quod quantitas damni dolo dati,ſive faciendo ſive non faciendo dolosè probatur juramento damnum paſſi ſi alioquin probatio difficilis ſit, ſub moderatione tamen prudentis Iudicis qui ex veri ſimilitudine, & communi fama rem æſtimabit: & ita in praxi obſervari teſtatur. *Molin.ad Alexand.conſ.214.nu.3.vol.7.*

Conſil. 198.

Nu. 1. Adde quod ſi duo inſtrumenta contineant debita ejuſdem quantitatis, præſumuntur diverſa debita; niſi utrumque inſtrumentum eſſet ejuſdem datæ; vel ſi una probatio fieret per inſtrumentum altera per teſtes,ut Afflict. *deciſ.195.* Adde præterea, ſi creditor confeſſus eſt in diverſis ſcripturis ſe recepiſſe decem à debitore,intelligitur de geminata quantitate. Limita primo quando in utroque inſtrumento ſit mentio de certo debito individuo, puta tali die contracto: aliter enim non minus duplex debitum præceſſiſſe præſumitur, quam duplex Solutio ſubſequuta;limita ſecundo ut procedat quando utrumque inſtrumentum continet integram ſolutionem; ſecus

ſi ulti-

Digitized by Google

ſi ultimum totum,& præcedens partem ; quia tunc indubio videtur primum includi. Limita tertio quādo altera confeſſio de recepto probaretur ſolum per teſtes, *Afflict.deciſ.198.Molin.ad Alexand.conſ.4. nu.3.& 4.vol.1.*

Conſil.199.

Nu.1,vide notata ad *conſ.89.*

Conſil.200.

Nu.3.Adde an præceptum injunctum filio hæredi ſcripto ne inferat moleſtiam liberis naturalibus in legato ijs relicto, ſub pœna privationis hæreditatis, ſubſiſtat, & quæ requirantur ut pœnæ locus ſit, & quid de ſpurijs conſule Crivellum *deciſ.87.*

Conſil.201.

Nu.1.Adde quod in pacto de retrovertendo,ut dominium transferatur abſque retro traditione verba legis commiſſoriæ non ſunt de forma ; ſed ſufficiunt quæcunque verba directa,quę executionem facti inferunt *Molin.ad Alexand.conſ.10.lib.1.*

Adde denique ubi ex titulo & traditione tranſfertur dominium.Tunc etiamſi poſtea reſcindatur contractus, non tranſfertur dominium ipſo jure ut actio competat antiquo domino contra detinentem : quia res neque eſt hypothecata pro obſervantia pacti,nec fraus

fraus eſt participata ab ultimo bonæ fidei poſſeſſore; ſed relinquitur tantum perſonalis actio: ex æquitate tamen datur actio in factum, tanquam in rem ſcripta, ex quo dominium non exivit ſimpliciter; ſed ſub hoc onere; aliter enim ubi tale pactum interpoſitum non eſſet in alienatione rei, non daretur actio in rem ſcripta: quia ceſſaret æquitas *Molin. d. loco. Adde Pinellum in 2. part. l. 2. C. de reſcind. vendit. nu. 22.*

Nu. 34. Adde quod adverſus præſcriptionem 40. annorum, non datur reſtitutio in integrum: etiam ex capite ignorantiæ: niſi concurrāt aliæ juſtæ cauſæ: ut amiſſio inſtrumentorum, aut poſſeſſorum violentia, ut in ſpecie Alexand. propoſita, *conſ. 3. nu. 12. vol. 5. Molin. ad Alexand conſ. 151. nu. 2. vol. 2.* Argumenta utriuſque Sententiæ eiuſque auctores exequitur *Fachin. lib. 1. controverſ. c. 69.*

Adde Pinellum hoc conſil. citantem *in Auth. in ſi tricennal. C. de bon. mater. nu. 58.*

Nu. 45. An excuſſio fieri debeat in bonis extraterritorium ſitis variatum eſt ſententijs, quas diſtinctionis fœdere conciliat *Teſſaur. deciſ. 40.* ut non ſit cogendus creditor ad excuſſionem bonorum alterius territorij ubi locus remotus eſt: alias excuſſionem etiam extra territorium indicantis neceſſariam eſſe. Secundum quam diſtinctionem judicavit Senatus Pedemontanus teſte Gaſp. *Teſſaur. in addit. ibid.*

Conſil. 202.

Hoc Cravettæ reſponſum probat *Peregrin. de fidei comm.*

Digitized by Google

comm.art.4.nu.21. addens quod recuperans fundum ex pacto cenſetur illum habere ex titulo priore: ideoque nec laudimia ſolvere nec novam inveſtituram petere tenetur. *Boer.deciſ.279. Afflict.in c.1.nu.35.& 36,tit.per quos fiat inveſtitura.*

Conſil. 203.

Contrarium in hac quæſtione reſpondit Marcus Anton.Natta *conſ.35.* Iuramentum nempe delatum recuſari poſſe; ſi referri non poſſit: movetur quod leges de hujuſmodi Iuramento verba facientes, plerumque delationi relationem conjungunt,ut ſcilicet ille,cui juramentum defertur, illud referre poſſit: *l. Juſiurandum,§.ait prætor D.de jurejur.L.manifeſta D. eod.tit.L.Delata C.eod.* Adducit præterea text *in L. Iuſiurandum & ad pecunias D.eod.tit.in verbis in omni cauſa* juſiurandum permitti, quia de injuria conqueri non poteſt cui defertur, cum poſſit illud referre. Sed & æquior & receptior eſt Cravettæ ſententia quia turpiter quis recuſat illud Iuramentum quo conſtituitur quis Iudex in propria cauſa *L. ult. C. de fideicommiſ. L. 1. D. Quarum rerum act. non detur.* eamque ſententiam amplectuntur *Menoch.de arbitrat. Iudic. Caſu 189. Maſcard. de probat.vol.2.concluſ.957.num.16,& defendit Fachin.lib. 1. controverſ. cap.21.*

Conſil. 205.

Nu. 36. Verior eſt ſententia adulterium commiſſum in matrimonio putativo puniri ſicut commiſſum, in matrimonio vero, ſecundum quam pronunciavit Senatus Dolanus apud Crivellum *deciſ. 19.* Quod autem Cravetta *eodem num. & ſequenti.* aliud obtinere putat in matrimonio ficto, in eo reprehenditur *ab Oſaſcò deciſ. 77.* qui aſſerit Senatum judicaſſe viduam committentem ſtuprum, intra annum luctus, tanquam ſi verum commiſiſſet adulterium dote privandam eſſe.

Conſil. 207.

Cravettæ ſententiam juramentum adverſario deferri poſſe; etiamſi teſtes produxerit repudiata diſtinctione an hujuſmodi teſtes intentionem adverſarij probent vel non, defendit Fachin. *lib. 1. controv. c. 22. ibique* contrarias Senatus Pedemontani deciſiones apud *Oſaſc. deciſ. 11. & Teſſaur. deciſ. 93.* refellit ea præcipuè ratione, quod manifeſtæ turpitudinis eſt nolle aut jurare, aut juriſiurandum referre: & reum, cui offertur juriſiurandum, aut jurare oportere, aut ſolvere, niſi referre maluerit. *L. Manifeſtæ D. de jurejur. L. Delata C. eod. tit.*

Digitized by Google

Conſil. 208.

Nu. 6. Adde quod licet ſecundum Cravettæ opinionem quando ſcilicet Teſtator ſubſtituit filios inter ſe vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: & ipſis omnibus decedentibus ſubſtituit, Titium ſimpliciter, quod Titius cenſetur etiam ſubſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fidei commiſſum & quod conſequens eſt matrem excludi propter continuationem, & conjunctionem orationis, convocatis claſſibus judicaverit Senatus Pedemontanus apud *Teſſaur. deciſ. 200.* Eamque deciſionem comprobaverit *Camillus Borellus conſ. 99. ut in annotat. ibid.* Tamen contraria ſententia Teſſauro, & alijs quibuſdam Senatoribus probabilior viſa fuit matrem videlicet non excludi: moventur quia illa verba vulgariter pupillariter &c. in ſecunda ſubſtitutione expreſſa cenſentur ex ſubaudito intellectu & ſic tacitè. Tacita autem pupillaris matrem non excludit, etiamſi addita ſit dictio ut ſupra: quia illa referri poteſt ad ſubſtitutionem; non autem ad qualitatem ſubſtitutionis. Sed reſpondendum eſt quod ea quæ continuativè veniunt, cenſentur eſſe ejuſdem naturæ, & qualitatis cum expreſſis: & expreſſa in eandem continuatam orationem influunt. *c. 2. de appellat. l. fin. D. de reb. dubijs.* Cum igitur in utroque caſu cenſeatur inducta expreſſa pupillaris, idem Iuris quoad matrem ſtatuendum eſt.

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 211.

Nu.6. & 7. Adde quando evictionis actio detur ſi ex natura rei ſequatur evictio, ut in feudalibus ad explicationem *gl. in l. Si familia D. famil. erciſcund. vide Teſſaur. Lib. 2. q. 23.*

Conſil. 215.

Nu.4. Adde quod ſi Teſtator prohibeat bona alienare, non licet in ijs teſtamento inſtituere extraneũ, *quamvis Angel. conſ. 75. & Alexand. conſ. 155. lib. 2.* contrarium reſponderint, & eorum reſponſa ſequutus ſit Iaſon. *conſ. 101. 102. lib. 2. & conſ. 96. lib. 4.* Sed Iaſon. pœnitudine ductus ſuam opinionem retractavit *in L. filius familias lectura, 2. nu. 141. D. de leg. 1. ut refert Molin. ad Alexand. dicto conſ. 155.*

Conſil. 216.

Nu.22. Hoc dictum Cravettæ quod ſcilicet partes limitare poſſint tempus probationum ita quod lapſo tempore probatio non admittatur, probat Teſſaur. *deciſ. 260.* ubi deciſum refert errorem calculi non poſſe opponi poſt tempus, à contrahentibus oppoſitioni præfixum.

Digitized by Google

Conſil. 218.

Num. 4. Adde quod licet dubitans ab initio non poſſit preſcribere,tamen ſuperveniens dubitatio non impedit præſcriptionem cœptam *Molin.ad Alexand. conſ.288.nu.7.lib.6.*

Conſil.220.

Nu.13. *Adde eundem infra conſ.224.nu.1.& nu.16.* hoc reſponſum citantem & declarantem vide Oſaſcum *deciſ.105.*

Conſil. 221.

Nu.5. *Adde Socyn.conſ.64. vol. 1. & eundem Cravettam conſ.33.nu.9.*

Conſil. 225.

Nu.1.vide Pinellum hunc articulum explicantem ad ſecundam *part.l.1.C.de bon. mater.nu.67.*

Conſil. 226.

Nu. 10. Adde quod ſi adſim contractui mihi non præjudico in jure dominij reſpectu rei,ſuper qua inter alios fiebat contractus; etiamſi actum poteram impedire,niſi intercedat dolus, vel actus indicativus conſen-

Digitized by Google

conſenſus. *Afflict. deciſ. 28. Molin. ad Alexand. conſ. 180. nu. 5. lib. 7.*

Conſil. 229.

Tempera hoc Cravettæ reſponſum; ſi donatio fuerit facta propter benemerita, & ſervitia, dummodo de ijs aliter conſtet quam per donantis declarationem quod maxime procedit; ſi tempore donationis concubinatus ceſſabat, atque hoc temperamentum probavit Senatus Neapolitanus apud Afflict. *deciſ. 102.* Et Pedemontanus apud Teſſaur. *deciſ. 111.*

Conſil. 231.

Nu. 7. Citat & probat hanc doctrinam *Oſaſcus deciſ. 4. nu. 6.*

Conſil. 232.

Quam hoc reſponſo tuetur Cravetta ſententiam probarunt *Covar. practic. quaeſt. 34. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 103. Gomez. tit. de delict. c. 10. nu. 6. & Fachin. controverſ. lib. 9. cap. 51.*

Conſil. 236.

Nu. 5. Quod dicitur quando filia ſtatuto, aut conſuetudine prohibetur ſuccedere in certis bonis & tractatur de Legitima filiæ, in eius computatione

non haberi rationem dictorum bonorum, verum eſt quando ad ſucceſſionem invitantur illæ perſonæ, quæ addicta bona vocantur ab inteſtato ad excluſionem filiarum; alias inſtitutis in teſtamento alijs perſonis Legitima quoque ex illis bonis filiæ debetur: quia Legitima tantummodo reſtringi cenſetur ſuccedentibus ex teſtamento illis perſonis, quæ ab inteſtato ex forma ſtatuti vocabuntur: paria enim ſunt non exſtare, & exſtare, ſed non ſuccedere, l.2. §. Sed ſi ſint ſui. D. ad Trebellian. 1. & quod conſequens eſt ceſſantibus illis perſonis ceſſat ſtatutum, ut teſtatur *peregrin. de fideicommiſſ. art. 36. nu. 11.* Reſtringenda tamen hæc ſententia; ſi patrimonium ſit tenue & quando nulla alia bona notabilis quantitatis exſtarent quia tunc habetur ratio valoris hujuſmodi bonorum in taxanda Legitima, ut tractat Hartman. Piſtor *quæſtion lib. 2. part. 2. q. 37. vide Teſſaur. lib. 2. q. 5. 8.*

Conſil. 237.

Nu. 1. l. Si ſervus communis D. de donat. inter vir. & uxor. ex qua colligitur quando conjunctus patitur conjunctum alienare rem communem quod præſumitur conſentire favore conjunctionis; procedit tantum quandoquis paſſus eſt rem ſuam tradi, & ſic quando cum patientia, & taciturnitate concurrit traditio rei, uti hanc l. temperat *Bald. in l. cum proponas filios C. de pactis. Et probat Iaſon conſ. 3. nu. 11. vol. 1.*

Conſil.

Conſil. 239.

Nu.1. *Adde Rubeum Alexandri in l. 4. §. quaeſitum nu. 11. D. ſi quis canti.* ubi limitat axioma dicens juri poſitivo quid pro forma ſtatuenti non poſſe renunciari tantum procedere quando reſpicit publicam utilitatem juxta Doctrinam *Bart. in l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.* & quando publicam vel privatam tangat utilitatem *vide Decium. in l. pacta quae contra nu. 11. C. de pact.*

Conſil. 241.

Nu. 17. *Adde Pariſium conſ. 2. nu. 132. Rolandum à valle conſil. 1. nu. 42. lib. 2. Boerium deciſ. 204. num. 42. Portium lib. 5. commu. opin. concluſ. 18. ampl. 1. videndus etiam Pinelli in prima parte Rub. de reſcin. vend. num. 12.*

Conſil. 246.

Nu. 2. Adde quod etiamſi in contractu innominato inter venerit ſtipulatio, poteſt tamen diſſolvi ex capite cauſæ non ſequutæ licet non ex capite pœnitentiæ. *Molin. ad Alexand. conſ. 16. nu. 1. lib. 2.*

Conſil. 248.

Nu. 5. adde Oſaſcum deciſ. 47.

Conſil. 249.

Nu. 2. Adverte veriorem ſententiam eſſe, ubi agitur de obtinenda hæreditate aut ſimilibus judicijs petitorijs, filiationem non probari ex ſolo tractatu, & educatione; ſed requiri ut probetur, matrimonium fuiſſe inter eos, ex quibus natus eſt l. Filium de his qui ſui vel alieni juris ſunt. Poſſeſſio enim in judicijs petitorijs ad obtinendum non ſufficit, ut in his terminis demonſtrat Menoch. de arbitr. judic. *caſu 44.* Eamque amplexi ſunt *Bald. conſ. 180. lib. 30. & in c. per tuas de probat, & in l. non ignorat: C. qui accuſ. non poſſunt.* & alij quos enumerat & ſequitur *Fachin. lib. 1. controverſ. c. 73.*

Conſil. 250.

Adde quod ſtatutum, excludens cognatos & admittens agnatos, non includit fœminas agnatas, & quod conſequens eſt proximiores ex ijs remotiorem agnatum non excludunt ut relatis utrimque rationibus, & authoritatibus firmat, *Teſſaur. deciſ. 37.* unde in diſpoſitione quoque teſtamentaria cum eſſet inſtitutus proximior de domo Teſtatoris, fuit per Senatum Pedemontanum admiſſus ad ſucceſſionem agnatus, remota agnata proximiore, quod refert Oſaſc. *deciſ. 127.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 251.

Nu. 3. Adde Pinellum ad 113. C. de Con. matrim. nu. 29.

Conſil. 252.

Num. 2. Adverte veriorem eſſe ſententiam contra Cravettam, quod nempe ex ſola Notarij ſtipulatione jus abſenti non quæratur, niſi ſequuta abſentis rati habitione: quia ſecundum Iuris rationem impoſſibile videtur ut contractus ad aliquem trahatur ſine eius conſenſu ut exactè Decius *conſ. 226. & 586.* & hanc probat Peregrin. *de fideicommiß art. 51. num. 14.* Differt autem ſtipulatio Notarij à ſtipulatione privati: quod in illa tantum ratihabitio, in hac ceſſio requiritur, *ut Peregrin. de loco.*

Conſil. 256.

Nu. 3. omnem hanc diſputationem tribus concluſionibus expedit Fachin. *lib. 7. controverſ. c. 13.* ubi huius reſponſi meminit, quarum ſumma eſt; ut ſi hæres Inventarium non confecerit, feudum cuiuſcunque naturæ ſit revocare non poſſit: quod ſi confecerit eatenus revocationi locus eſt, quatenus æſtimatio illius vires bonorum hæreditariorum excedit & non ultra.

Nu. 3. in hoc articulo Cravetta ſibi non conſtat, hic

hic enim tenet contra Decium *conſ. 208.* licet eundem ſequatur *conſ. 197. nu. 2.* Adde hanc quæſtionem latè tractantem Pinellum *ad tertiam part. l. 1.* C. *de bon. mater. nu. 88. & ſeq.*

Conſil. 263.

Adde Teſſaur. deciſ. 52. & 166.

Conſil. 267.

Nu. 3. Hanc Cravettæ doctrinam amplectitur deciſio Peruſina apud Ioſeph. Ludovic. deciſ. 9. nu. 11. & ſeq. & probat Teſſaur. deciſ. 109. nu. 8. & filius lib. 2. q. 77.

Conſil. 271.

Nu. 1, Adde quod licet forenſis non poſſit frui beneficio ſtatuti quando ſtatutum diſponit de perſonis & Iuribus perſonalibus: quia non ſuſtinet onera civitatis aliud tamen obtinet ſi de rebus, vel jure reali loquatur, ut eſt jus ſuccedendi, quod territorium concernit: tunc enim, ſicut ſtatutum, excludit ita includit forenſes quoad bona ſibi ſubjecta ſive loquatur in rem ſive in perſonam, ut notat Molin, *ad Alexand. conſ. 41. nu. 3. lib. 7.*

Conſil. 272.

Nu. 12, & 13. Adde quod promittens ſe facere & curare

Digitized by Google

curare conſtituitur in mora, etiam abſque interpellatione: quia ſola ſcientia ſufficit, ſaltem ut teneatur ad intereſſe, non ut incurrat pœnam, *ita Molin. ad Alexand. conſ. 157. nu. 2. lib. 6.*

Conſil. 274.

Nu. 6. Adde Oſaſcum deciſ. 69. nu. 7.

Conſil. 275.

Nu. 13. Hanc Cravettæ ſententiam, tutorem nempe vel curatorem cogi non poſſe ad reddendam pecuniam pupilli, vel adulti antequam reddiderit rationem adminiſtrationis *contra Socyn. conſ. 24. lib. 1. & Benint. deciſ. Rotæ Bononienſis 60. defendit Fachin. lib. 8. controv. c. 58. & probat. Ant. Fab. in ſuo C. lib. 5. tit. 31. Arbitrium tutelæ defin. 5.* Locum ſcilicet proviſionali condemnationi non eſſe adverſus tutorem paratum rationem ſuæ adminiſtrationis reddere: cum poſſit fieri ut ipſe ſit creditor non debitor *L. 1. §. ultimo D. de contra. tutel. L. 3. C. eodem L. Imperatores D. de tutel. & ratio, diſtrahend.* Quod tamen idem Faber temperat niſi tutor omnia pupilli bona detineat, quæ nec volens tam cito reſtituere poſſit: vel ſi bona cum pupillo communia habeat quorũ diviſio tam promptè expediri non poteſt: Tunc enim ne pupillus interea laboret inopia, illi pro qualitate perſonarum, & modo patrimonij certa ſumma per modum proviſionis adjudicanda eſt. *Argum. L. ſi inſtituta. §. de inoffic.*

offic. D. de inoffic. teſtam. L. ult. C. de ordin. cognit.

Conſil. 277.

Nu. 2. Adde Afflictum *deciſ. 119. & 228.* quem ſequitur Decius *conſ. 588. Paul. de Caſtro. conſ. 321. & 390. vol. 2.*

Conſil. 278.

Num. 1. vide hæc latius declarantem Oſaſcum *deciſ. 144. nu. 7.*

Conſil. 282.

Nu. 3. verſic. Ex alio dico. Sententia, quam hoc reſponſo, nu. 3. ſequitur Cravetta: ſi ſcilicet gener confeſſus ſit ſe dotem à ſocero recepiſſe, quam tamen non recepit, deinde ſocer & dotem promittat: ſoluto viri morte matrimonio, hæredes mariti ad reſtituendam dotem compelli poſſe ab uxore; nec cedendo actionem liberantur, communis eſt, ut patet ex authoritatibus à Menoch. allatis *lib. 3. præſumpt 12. nu. 90.* & ut juri magis conſonam tuetur *Fachin. lib. 8. controverſ. c. 74.*

Conſil. 283.

Adde idem tenentem Decium *conſ. 427. Socyn. Iunior. conſ. 42. & 114. lib. 1. Alciat. conſ. 39. 59. & 88. lib. 9.*

lib 9. Et adde quod conditio adjecta uni gradui, non cenſetur repetita in alio gradu ; ſed ſuum reſpicit gradum. *L ſub conditione D. de hæred. inſtitut. L. Quæ conditio in ſecundo reſponſo D. de condit. & demonſt. L. 3. §. fin. D. de Liber. & poſthum.* unde fit ut conditio, ſi ſine liberis, appoſita ſecundo gradui, vel tertio, non ſit retrahenda ad præcedentem gradum, ut etiam cenſet Peregrin. hoc Cravettæ reſponſum citans *art. 15. nu. 36. de fideicommiſ.*

Conſil. 285.

Hoc reſponſum plenis, ut ajunt, velis expugnare molitur Menoch. *conſ. 626. nu. 30. & ſeq.* Et urget præcipuè text. *in §. Si verò exſpectet. Auth. de nuptijs,* quo cavetur mulierem, ad ſecundum venientem matrimonium ſtatim privari dominio illudque applicari prioris matrimonij liberis, relicto matri tantummodo uſufructu. Vnde conſequi putat, ſi mater alienet rem, in qua tantummodo habet uſufructum eam cadere uſufructu & liberis, ut pote Dominis rei vendicationem dari, ad inſtar fundi à teſtatore expreſſim ratione adjecta alienari prohibiti, quem ſi gravatus contra teſtatoris prohibitionem diſtrahat, ſtatim, non exſpectata morte gravati fideicommiſſarius vendicabit. *Bart. & alij in §. Cohæredes ex L. Qui Romæ D. de verb. oblig. Latè Graſ. in §. fideicomm. quæſt. 5.* Sed reſpondemus, matre tranſeunte ad ſecundas nuptias dominium non omnimodo acquiri prioribus liberis, ſed ita demum ſi ſuper vivant; alioqui recur-

rit

rit ad parentem ſuperſtitem. Vnde ſi ponas deceſſiſſe filium viva matre, non poterit filius de ijs bonis pro arbitrio diſponere: cum eo tempore quo moritur ſuperſtite adhuc matre, incipiat dominium ab eo diſcedere, ut notat Fab. *de ſecund. nuptijs defin. 16.* & cum proprietas illa ſit revocabilis, eiuſque effectus ad huc ſit in ſuſpenſo, magis convenire videtur, revocatoriam euſque differri donec apud quem dominium irrevocabiliter manſurum ſit, mortis hora diffiniverit. Nec argumentum de fundo alienari prohibito quicquam facit: ibi enim oneratus dominium rei per alienationem omni modo, & abſolutè amiſit, eiuſque recuperandi ſpe planè dejectus eſt. Quod in matre non procedit: ut pote ad quam extincta ſobole jus dominij reverti potuit, & ut ſupra dicto loco appoſite ſcribit Fab. quæ legis poteſtas matri dominium abſtulerat favore communium liberorũ, eadem prædefunctis liberis in ſolatium & quaſi finita cauſa idem dominium ſuperſtiti matri reſtituit. Quare magis eſt ut cum Cravetta contra Menochium concludamus filium vivente matre alienatæ rei proprietatem ab emptore vendicare non poſſe, in quam ſententiam & Senatus Dolan. apud Crivel. *deciſ. 77.* pronunciavit.

Conſil. 288.

Nu. 2. *Adde Minſing. obſervat. 22. cent. 4.*

Conſil.

Conſil. 291.

Nu.1.& 2.hæc adeo procedunt, ut ſi teſtator prohibuit alienari bona ſua immobilia ex cauſa dotis, vel alio quovis modo, & filius juratus promiſerit, ſe voluntati rite obſequuturum ſi tamen tempore dotandæ ſuæ filiæ , filio alia bona non ſuppetant ex ijs dotem congruam conſtituere vel aliter alienare poteſt,ut ex Guidone Papæ *deciſ.96. in ſuis ſingula. notat Nicolaus vander Hooch ſing.1.nu.5.& 6.*

Conſil. 293.

Nu.1.*Adde Oſaſcum,deciſ.26.*

Conſil. 294.

Nu.4.vide notata ſupra *ad conſ.3.*

Conſil. 295.

Nu.3.in quarto dubio.Hanc opinionem communem & receptam eſſe affirmat Peregrin.de *fideicomm. art.8.nu.11.& 12.*quamvis aliter ſentire videatur Riminal.Iunior *conſ. 485.* Si tamen teſtator quid reliquerit ſub commemoratione hæreditatis vel portionis hæreditariæ, non venit in reſtitutionem quod à cohærede acceptum eſt , licet per fidei commiſſum, univerſale. *L.ſi Titius D.de Legat. 1.*quia hæreditatis

tis appellatione non continetur fideicommiſſum. *d. L.Si Titius Peregrin.d.Loco.*

Nu.4.in 7.dubio. Adverte quod ſi hæres ex pecunia in hęreditate reperta,fundum comparaverit,non aliter hæreditarius fundus efficitur, quam ſi nomine hæreditario emptus fuerit. Aliter fideicommiſſarius contentus eſſe debet pecunia,in hæreditate inventa; niſi teſtator mandaverit pecuniam converti in prædiorum acquiſitionem. Socyn. *conſ.149.nu.27.vol.2. Peregrin.de fideicomm.art.44.nu.28.& ſeq. Quibus adde Ant.Fab.in ſuo cod. Lib. 3.tit. 22. de rei vendicat. defin. 5.*

Conſil. 296.

Hanc Cravettæ ſententiam ; Principem nempe non poſſe teſtamentis privatorum derogare, nec leges & clauſulas à teſtatore dictas commutare probat Covarr. *lib.3. variar. reſolut. c.6.num.7.* eamque communem tradit; quam tamen reſtringit,niſi id fiat cauſa publicæ non privatæ utilitatis ex ſententia *Bart.Decij,Abbatis & alterorum quos ibidem citat.*

Conſil. 298.

Nu. 16. Adverte quod, actore ſolvente ſumptus & meliorationes in rem factas, habebitur ratio fructuum, à poſſeſſore poſt litis conteſtationem ex ijs perceptorum,& melioramenta per compenſationem minuent, *juxta text. & notata in §. in vendicatione ex*

L.Si

Digitized by Google

L. Si fundus D. de pignor. de quo, & an tertius poſſeſſor liberetur offerendo æſtimationem rei, vide exactè tractantem *Covar. lib. 1. variar. reſolut. c. 8. nu. 1. 2. & ſeq. Fachin. lib. 11. Controverſ. C. 11. & 12.*

Conſil. 300.

Nu. 1. Adde Pinellum ad ſecundam partem *l. 1. nu. 6. C. de bon. mater.*

Nu. 8. verſic. quinto. Reſpondit Cravetta in uſufructu, uxori relicto bonorum mobilium & immobilium, non contineri nomina debitorũ; ex eo quod mobilium & immobilium appellatione nomina, & jura non comprehendantur, Quod variè diſceptatum eſt, exſtantque ſuper hac quæſtione tam doctorum quam ſupremorum tribunalium ex diametro pugnantes ſententiæ. Siquidem actiones vel jura cõpetentia ad res immobiles inter immobilia, & ad res mobiles inter mobilia cenſeri tradit *gl. in L. 1. C. ſi adverſus tranſact. & in §. hæc ergo in verb. numeranda in Authen. de non alienand. aut permutand. Eccleſiaſtic. rebus. Frederic. de ſenis conſ. 12. Bart. in L. Si ſic legatum §. ult. cum ſeq. D. de leg. 1. Bald. in L. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alexand. conſ. 16. lib. 1. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. tiltre des droictes & apparienance à gens mariez §. 2. in text. tous meubles num. 9.* Et adfert Imbertus inſtit. forenſ. lib. 1. cap. 54. arreſtum ſupremæ Pariſienſis Curiæ, quo ei, cui teſtamento donata fuerant mobilia, & res pro mobilibus habitæ, nominum, ſeu obligationum, chirographorum, & creditorum

torum jura adjudicavit. Quod arreſtum repetit. in Enchridio juris ad verbum bonorum. Et refert Papon. *en ſon recuiel livre* 17. *tiltre de choſes meubles, arreſt.* 4. *adducens Ferrar. qui idem ſentit in forma libelli in actione reali.* Contrarium tamen & veriore judicio, & frequentiore calculo receptum eſt: appellatione nempe mobilium & immobilium etiamſi adjecta ſit dictio quorumcunque jura & actiones non contineri; ſed tertiam ſpeciem conſtituere ab his differentem: illud enim evincunt textus manifeſti *in L. quam Tuberonis* §. *in peculio ibi, hoc amplius & nomina debitorum D. de pecul. L. A Divo Pio* §. *in venditione ibi, tunc pervenietur etiam ad jura.* Nec eſt quod obſtrepant ulpianum eo loci tantum conſtituere ordinem, qui in exequendo ſervandus ſit, non autem diffinire an mobilium dictione Iura comprehendantur: cum expreſſis verbis dicat ulpianus ſi res mobiles vel ſoli non ſint, perveniendum eſſe ad jura. Quæ legis verba evidenter oſtendunt jura non eſſe res mobiles, vel ſoli, & non magis ſub nomine mobilium, vel ſoli comprehendi, quam res mobiles ſub nomine ſoli, vel res ſoli ſub nomine mobilium continentur: ut pote quod hæ tres ſpecies ſint diſtinctę, & quod conſequens eſt, ex unius poſitione non inferatur altera: ex ſeparatis enim de uno ad aliud non fit illatio nec poſitivè, nec remotivè, *L. neque natales, L. matrem. C. de probat. Everard. in loco à ſeparat.* Quod & manifeſtam habet rationem: ex quo enim res mobiles & ſoli loco circumſcribuntur, & ſitum habent: ex adverſo verò jus noſtrum ſtatuat æs alienum non eſſe loci

l. fidei-

l.fideicommiſſum §.tractatum D.de judic. conſequitur jura & nomina, quæ æris alieni inſtar obtinent ſub rebus mobilium & ſoli non comprehendi; ſed diverſam ſortiri naturam; quibus accedunt textus in *L. caius D.de leg. 2.L.Generali §. uxori D.de uſufruct. legat. L.quæſitum §.ult.verſic.Papinianus D. de fund. inſtruct.L. Quæſitum §.1.D.de leg.3.L.uxorem.§.Legaverat.L.nomen C.Quæ res pign.oblig.poſſ.* quos textus huic ſententiæ aptat, & hanc copiosè & doctè præ alijs pertractat, & tuetur, *Pinell. in prim. part. Rubr. C.de bon. matern. per totum. Cui adde Peckium. de teſtam: coniug.lib. 5.c.30. authores hujus ſententiæ.* referentem, ſecundum quam pronunciarunt Capella Tholoſana *deciſ. 315. Parlamentum Delphinale apud Guid.deciſ.291. & 499. Senatus Sabaudiæ apud Ant. Fabr.in ſuo Cod.lib.6.tit.18.de verb.ſignificat def.11.& lib.8.tit.34.de donat. defin. 11. Quibus accedat Crivell. deciſ. Dolana.123.nu.5.& ſequenti.* Quæ tamen temperabis ſi neceſſe ſit applicare jura & actiones, aut bonis mobilibus aut immobilibus puta in terminis *L.Quotiens §.Si duo D.de hæred.inſtituend.* Si teſtator inſtituerit unum in bonis mobilibus alterum in immobilibus non dato cohærede univerſali: nam iſta inſtitutio particularis trahitur ad univerſum, & ſic etiam ad jura & actiones, atque inſtitutus in mobilibus actiones competentes ad res mobiles; inſtitutus vero in immobilibus, actiones ad res immobiles ſibi retinebit, *Guilielm.de Cuneo in L.Hinc quæritur.§.poteſt. D.de peculio ſequitur Alexand.conſ.111.lib.4.* ubi loquuntur, quando ſtatutum dicit quod proximiores

Digitized by Google

ex parte patris ſuccedent in bonis immobilibus; in mobilibus verò proximiores ex parte matris. Idem juris obtinet, in actionibus, quæ minoribus competunt ad res, ſive mobiles, ſive ſoli, ut illæ, ut pote mobiles, abſque decreto alienari poſſint, hæ vero ad inſtar immobilium non item *gl. & DD. in d. L. 1. C. Si adverſus tranſact. & Bart. conſ. 70. Idem in L. Poteſt D. de authorit. Tut. & in L. monentium D. de verbor. ſignific. Baldus conſ. 423. lib. 3. Alexand. conſ. 16. lib. 1. & conſ. 49. lib. 3. Peckius d. loco, Et Cravett. in rept. Rubric. de leg. 1. num. 102.* Noviſſime denique advertendum eſt, mentem diſponentis præferri debere ſignificationi mobilium: ubi enim de mente ac voluntate, quod actiones ſub eorum appellatione contineri voluit conſtiterit, illam obtineri debere & juris ratio & æquitas ſuadent, cum ut inquit Papinianus contrahentium voluntatem potius quam verba ſpectari placuerit. *L. in conventionibus & L. Quiſquis D. de verb. ſignific. Decius in termin. mobilium vel immobilium conſ. 381. nu. 5. Pinel. d. loco.* Reditus porro perpetuòs vel non redimibiles, niſi volente debitore, ut pote quorum ſors alienatur inter immobilia computari probat. *text. in Clem. exivi §. Cumq; annui reditus de verb. ſignific. Tiraquell. de retraict. lignag. §. 1. gl. 6. num. 4. ubi omnes ita tenere dicit Molin. de uſur. q. 37. num. 273 ubi hanc ſententiam communem dicit Iohannes Koppen deciſ. 24.*

Conſil.

Conſil. 300.

Quo loco autem mobilia nomina & actiones, item reditus exiſtere cenſeantur, ſic breviter accipe: ut mobilia quidem ibi eſſe dicamus ubi quis inſtruit domicilium *Alexand. conſ. 16. lib. 1. Socyn. conſ. 36. & conſ. 101. lib. 1.* ſed in praxi quoad fiſcum hæc ſententia non procedit ſed fiſcus occupat mobilia & mercaturas, quæ in ſuo territorio exiſtunt ut teſtatur *Peregrinus de jure fiſci lib. 5. de publicat. bonorum nu. 141. Cla. lib. 5. § fin. quaſt. 73.* nomina & actiones ibi per fictionem eſſe creduntur ubi creditor fovet domicilium *l. ſi fideicommiſſum § . 1 . D. de judic.* quatenus ſcilicet verſatur favor creditoris aut ab eo cauſam habentis, quod ſi lex vel ſtatutum ad debitoris favorem reſpexerit, ex perſona & domicilio debitoris res metienda eſt ut notat Nicolaus Burgund. ad conſuetud. Flandriæ *tract. 2. nu. 20. & ſeq.* & ſic ſenſerunt *Oldrad. Ioannes Andrea. Alexand. Iacobin. S. Georgio. & Tiraquellus à Peregrino adducti loco ſupradicto nu. 142.* licet contrariam ſententiam nomina nempe debitorum eius loci cenſeri ubi de jure exigi poſſunt, aſſerat communem, ibique adfert elegans Socini conſilium qui conſultus ſuper caſu quo unus inſtitutus fuerat in bonis & juribus exiſtentibus in civitate Mutinæ, alius in exiſtentibus in civitate Centi, reſpondet actiones & nomina debitorum cenſeri eius loci, in quo debitor ac debitum exigi poteſt, ratione contractus vel deſtinatæ ſolutionis *per text. in l. Titium & ma-*

nium §.tutores D.de adminiſtrat. tut. ibique citat Bald. Angelum Saly.Roman. Lapum Bertrandum Brunum ſic tenentes,in quam ſententiam & ipſe Pereginus propendet reſpondens contrariæ opinionis argumentis.

Conſil. 303.

Nu.8.Adde *Oſaſcum deciſ.27.nu.18.*

Conſil. 306.

Nu. 4. Quod dicitur fideicommiſſum,ad quod invitantur ſuperſtites,ad heredes tranſmitti tenet idem Cravetta *in L.cum filioſa in 2.part. nu.261.de leg. 1. & in conſ.776.nu.12.Zanch.in L.Heredes men.§. cum ita in 4.part.nu.139.& 146. D. ad Trebellia.* fundamentum ſumunt ex d.§.cum ita,in verbis ſuperſtiti fratri perpendendo quod ſi claudia , neptis teſtatoris non fuiſſet ſubſtituta, nec dictum fuiſſet , tota vel omni hæreditate nepos ex fratre fuiſſet admiſſus non obſtante ſubſtitutione de ſuperſtite facta: & habet manifeſtam rationem, quia Teſtator magis dilexiſſe videtur filios , & hæredes vocati quoad partem illi relictam, quam ſuperſtitem ſubſtitutum , licet ab hac opinione diſſentiant relati *à Gabriel.lib.4.tit.de hæred. inſtituend.concluſ.2. num.32.* Quam tamen temperat Menoch.*conſ.200.nu.102.*Si teſtator geminatim ſubſtituerit ſuperſtitem , vel quando Teſtator voluit ſuperſtitem ſuccedere in totum:nam tunc tranſmiſſioni locus non eſt,ita in terminis Ruin. *conſ.181.nu.4. lib.*

lib.2. Quibus adjice quod tradit Cravetta *conſ. 584. nu.4. & conſ.667. nu. 3.* Quando teſtator poſt reciprocam ſubſtitutionem factam inter filios, ſi ſine liberis unus eorum deceſſerit, ſubſtituit extraneum ſi omnes ſine liberis decedant, primus fratrum decedens cum liberis tranſmittit ſpem ſubſtitutionis reciprocæ ad filios ſuos ut late Oddo de compend. ſubſtitut.in 4.part.limitat.7. Quæ ſententia fulcitur ratione ducta ex *L Lucius la.2.D.de hæred.inſtituend. ibi prætulit Teſtator & in L.Cum acutiſſimi ibi ne videatur propriam ſucceſſionem* & quamvis Cravetta hanc conjecturam dubiam eſſe putet, ex traditis per eum *in L.cum filio num.145.de legat. 1.*tamen alijs concurrentibus eam ſequendam cenſet *conſ.568.nu.2.*

Conſil. 312.

Nu. 4. Adde Legitimæ petitionem dari adverſus tertium poſſeſſorem, nec obſtabit petenti exceptio non factæ excuſſionis: quoniam cum Legitima ſit quota bonorum, implicitam dominij quæſtionem continet. Porro excuſſionis exceptionem contra hypothecariam ſolam, non etiam contra Dominij vendicationem competere manifeſti juris eſt, *Aut.hoc ſi debitor C.de pignor.* Quod tamen temperandum eſt, ſi Legitima ipſa in corporibus bonorum petatur, & debeatur, nam ſi de ſupplemento agatur & in pecunia ſolvi cœptum ſit ab hærede, non à tertio poſſeſſore peti debet niſi hypotecaria inſtituatur, quæ excuſſionis exceptionem admittit, ut Senatus Sabaudię

apud Fabr. *lib.3.tit.19.C.de inofficioſe teſtam. defin.32.* Quæ confirmantur ex ijs, quæ adducit Hyeron. à Laurentijs *in deciſ. Avenion.52.* Licet referat Senatum judicaſſe nullam filio hypothecam competere ſuper bonis paternis. Quod & tenet, & judicatum eſſe affirmat Peregrin.de fideicommiſſ.*art.36.nu.154*

Num. 5. Adde quod legata in locum Legitimæ, ſive portionis hæreditariæ tranſmittuntur ad hæredes, ſicut ipſa Legitima, vel portio hæreditaria tranſmittitur *ut Molin.ad Alexand.conſ.142.nu.26.lib.2.*

Conſil. 313.

Hanc Cravettæ opinionem Debitorem, nempe qui ceſſavit ſolvere, & ſi doceat de ſolutione trium continuorum annorum,non tamen præſumi in præteritum ſoluiſſe,quamvis illam amplectantur *D.D. apud Vincent.de Franch.citati deciſ.137.*eamque Senatus Neapolitanus ſequutus ſit, ut erroneam refellit Menoch. *lib.3.præſumpt.139.nu. 14.& ſeq. Et poſt eum Fachin.lib.13.controverſ.cap.89* Idque merito cum & verba legis quicunque C. de apochis lib. 10. & ipſa legis ratio evincant idem juris obtinere in ſolutionibus triennalibus reſpectu præteriti temporis, quod in ſolutionibus ultimi temporis,utrobique enim eadem militat præſumptio, quæ non præſumit creditorem, adeo ſupinum ut recipiat trium annorum continuatam ſolutionem omiſſa ſolutione,aut ſaltem proteſtatione annorum præcedentium. Nec urgent quæ movet Cravetta. Nam quod attinet ad primum eius

Digitized by Google

eius argumentum diſpoſitionem ſcilicet L. Quicunque non admittere extenſionem cum ſit diſpoſitio exorbitans. Reſpondet Menoch. hanc non eſſe extenſionem ſed caſum ipſummet comprehenſum, & diſpoſitum in conſtitutione Imper. in verbis cohærentium ſibi annorum. At cohærentia eſſe ſimul juncta, connexa, continuata quis ignorat? Nec maioris ſunt momenti quæ de ceſſatione ſolutionis & de eius difformitate adfert. Negligentia enim aut difformitas ſubſequuta non tollit jus, ex continuata trium annorum ſolutione ſemel quæſitum. Ideoque contrariam ſententiam quod nempe debitor etſi poſt ſolutionem trium, cohærentium annorum ſolvere ceſſaverit nihilominus gaudere beneficio L. quicunque & ad præteritorum annorum cenſuum ſolutionem amplius conveniri non poſſe probarunt pleno ore Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 2. §. 62. nu. 45. cum ſeq. Anton. Padilla. in L. 1. C. de fideicommiſs. Anton. Gabriel. concluſ. 11. cum aliys, quos citat Menoch. loco ſupradicto.*

Conſil. 314.

Adverte quod ad huius reſponſi temperamentum traditur *poſt deciſ. 270. Antonij Teſſauri:* quamvis ſcilicet vaſallo forte liceat ex cauſa prohibere delationem armorum: eo quod fiat in executionem prohibitionis factæ à lege, *ut in L. 1. C. ut armorum uſus lib. 11. & in L. 1. C. ad L. Iul. de vi public. ubi Bart. & in c. 1. §. Si quis Ruſticus, ubi omnes feudiſtæ, præcipuè Alva-*

rot. de pace tenend. Non tamen poſſunt augere pœnam jure communi ſtatutam ut imponere pœnam confiſcationis bonorum, aut aliquam corporalem infligere, ut triremium, nec etiam decernere exilium: quia eſſet mutare diſpoſitionem juris communis, quod ſolius eſt Principis, & adde, quæ ſcribit in ſimili ſpecie prohibitionis, ne quis armatus incedat *Franciſc. Becius conſ. 4.*

Conſil. 316.

Nu. 1. Adverte quod dicitur jus accreſcendi locum habere in fideicommiſſis univerſalibus, & ideo ſi quis Caium hæredem inſtituat, illique ſi ſine liberis fato fungeretur, ſubſtituit Titium & Mævium: decedente Titio Mævius admittitur, jure accreſcendi ad totam hæreditatem *L. Filius familias §. Divi de legat. 1. L. Lucius §. Pater D. ad Trebell. L. unic: §. pen. C. de Caduc. tollend.* Quamvis fideicommiſſum ſit conditionale, ut docet Covar. *in c. Raynaldus §. 1. nu. 4. de teſtam.* Quod tamen temperabis, ſi ſubſtituti ſint conjuncti verbis, vel re, nam ſi ſint diſiuncti & plane ſeparati, juri accreſcendi locus non eſt, ſed portio deficiens tanquam caduca manet penes hæredem, *ut in L. Lucius §. Quæ habebat: & ibi Caſtrenſ. D. ad Trebell.* ubi mulier hæredem inſtituit maritum ex quo filiū, & ex filio nepotem habebat, fidei mariti commiſit, ut quidquid ex hæreditate ad eum pervenerit, cum moreretur reſtitueret filio: ita tamen ut decem uncias filius haberet, duas autem nepos. Nepos ſuperſtite filio,

filio, & avo hærede ſcripto deceſſit. Quæſtionis fuit an tota hæreditas filio debeatur? Reſpondit I.C. non deberi ſed decem tantum uncias: ideo quia ſubſtituti nec verbo nec re erant conjuncti, ut rectè notavit Caſtrenſ. *ad illum* §. Et adde omnes conjunctos vocari per capita ad deficientis partem, quamvis unus ex illis deficienti eſſet proximior ratione ſanguinis, ut ex Cagnolo & Natta refert Peregrin. de *fideicommiſſ. art. 9.* In ſecundo dubio diſtingue, aut alienatio fuit facta ex cauſa neceſſaria, ſcilicet pro ſolutione æris alieni, vel etiam ex cauſa, quæ de jure permittitur, & pretium quod eſt receptum imputandum eſt, aut fuit facta à gravato in diminutionem Legitimæ, aut exſolutionem æris ipſi gravato debitæ, eoque caſu æſtimatur patrimonium tempore mortis Teſtatoris, & quod alienatum eſt ex patrimonio detrahitur in corporibus hæreditarijs. Sed, ſi agatur de imputatione in Trebellianicam, æſtimatio temporis reſtitutionis eſt inſpicienda: & ſi minori pretio hæres vendiderit, illius cedit periculo, *Peregrin. de fideicomm. art. 39. num. 6. & 7.*

In 7. dubio excipe annua legata: nam illorum exſolutio pro tempore, quo percipit gravatus fructus hæreditatis ad illum pertinet. *L. Liberto* §. *1. D. de annuis legat. L. apud Iulianum.* §. *Hæres de legat. 1. Iaſon. conſ. 95. nu. 5. lib. 1.* Sed controverſum eſt an fructus percepti per hæredem gravatum pendente conditione compenſentur cum creditis hæredis, verſus teſtatorem, vel etiam compenſentur cum debitis ſolutis creditoribus & Legatarijs. Et recepta eſt diſtinctio

 ut,

Digitized by Google

ut,quod attinet ad hæredis creditum, proveniens ex contractu vel facto teſtatoris, compenſatio non admittatur; ſecus quoad creditum ex legis diſpoſitione, veluti pro alimentis, aut pro dote, *ut determinant Bart. Alberic. Imol. & Alexand. in §. cum moreretur ex L. Muliere D. ad Trebellian.* Sed maior inſurgit difficultas, an eveniente caſu reſtitutionis, hæres gravatus detrahere poſſit bona hæreditaria ejus valoris, qui fuit tempore mortis teſtatoris: an eius, qui eſt tempore reſtitutionis. Et prævaluit ſententia exiſtimantium quo ad credita hæredis, attendendum eſſe tempus mortis teſtatoris: quoad ſoluta creditoribus, ſolutionis tempus, *L. Quantitas D. ad L. Falcid. L. Quæ ita §. Si damnum D. ad Trebellian. Bart. in L. ſi hæres pecuniam. D. eodem.* Secundum quam Paduæ ſæpius judicatum fuiſſe teſtatur. Peregrin. *de fideicomm. art. 35. nu. 12.*

Conſil. 324.

Nu. 1. Adverte quod, etſi de jure, hæreditate non adita, legata non debeantur, niſi ad pias cauſas. *L. Si nemo D. de teſtament. tut. Bart. in L. 1. C. de ſacroſanct. Eccl. Decius in L. Si nemo ſubſit. de reg. jur.* tamen in praxi ſervatur indiſtinctè quod omnia Legata debeantur ſive hæreditas ſit agnita ſive non. Quod teſtatur & dicit eſſe juſtiſſimum Molin. *ad Alexand. conſ. 209. nu. 5. lib. 2.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 326.

Hujus reſponſi hypotheſin obſcurius proponit Cravetta quam ut intelligi, multo minus judicium de ea ferri poſſit, eamque non aſſequutus Vigelius, refert facti ſpeciem perinde ac ſi Iacobus Benedicti filius, in fata conceſſiſſet relicto filio naturali. Sed in manifeſto verſatur errore: cum Cravetta in calce reſponſi terve quaterve ingeminet Iacobum filium Benedicti obijſſe ſine filijs, ut igitur hujus reſponſi ſtatus penitus percipiatur ex Cravettę & Franciſci Burſati (*qui conſ.* 51. *& ſeq. contrarium reſpondit*) collatis utriuſque reſpõſis, facti ſpeciem nudè & reſectis circumſtantijs non neceſſarijs ob oculos ponendam duxi. Iacobus ſenior inſtituerat hæredes univerſales Alexandrum & Benedictum filios ſuos Legitimos & naturales ex æquis partibus, & voluit alterum alteri ſuccedere, ſiquis eorum ſine filijs maſculis Legitimis & naturalibus decederet, vel ſi naturales exiſterent, naturales præmortuis Legitimis & naturalibus ſuccedere voluit, ſubſtituendo unum alteri per fideicommiſſum omni meliori modo, &c. Prohibuitque ſupradictis ejus filijs & hæredibus bonorum ſuorũ alienationem. Teſtatore vita functo obijt Benedictus ſuperſtite filio Iacobo, qui & deinde abſque prole deceſſit, adhuc in vivis agente Alexandro patruo, & ſuperſtite matre cui domum quandam quæ patri ſuo in diviſione hæreditatis Iacobi ſenioris obvenerat, inter vivos donaverat. Alexander primum, & deinde Valerianus ejus filius proceſſum aſſumens à matre domum

domum vendicant intentionem metientes ex eo, quod non ſolum inter Alexandrum & Benedictum fratres ſit inductum fideicommiſſum reciprocum; ſed etiam inter eorũ filios. Et pro Valeriano reſpondit Cravetta. Cuius opinionem veritati minus conſentaneam exiſtimaverim, cum enim Benedicto ſuperfuerit Iacobus eius filius, conſequens eſt fideicommiſſum ſub conditione relictum ſi hæres inſtitutus ſine maſculis deceſſerit defeciſſe. Licet Iacobus poſtmodum ſine maſculis obierit, vivo adhuc Alexandro, qui fuerat Benedicto ſubſtitutus: quia ubi ſemel liberi exſtiterint, atque ita conditio defecerit, non eſt curandum quod de ijs poſtea contingat. *L. Cum pater, §. volo de leg. 2. L. ex facto §. Si quis legatus D. ad Trebellián. L. Non eſt ſine liberis D. de verb. ſignific. Oldrad. vulgo probatus conſ. 21.* Nec eſt quod reciprocum fideicommiſſum inter hæredum filios inducere conetur: cum ad illud conſtituendum tria conjunctim requiri receptum ſit: quod nempè liberi ſint honorati, quod ſubſtitutio ſit facta ultimo morienti, & denique quod facta ſit in tota hæreditate *L. Titia: Seio §. Seia libertis D. de leg. 2. & L. Hæredes mei §. Cum ita D. ad Trebellian. & utrobique D. D.* Pòrrò cum hæredum filios in hac ſpecie honoratos non eſſe, ſed ſolummodo in conditione poſitos manifeſtum ſit: & de ſubſtitutione facta ultimo morienti, vel in tota hæreditate, hic verbum ſit nullum, conſequitur fidei commiſſi reciproci interpretationem admittendam non eſſe. Quod ex rationis maioritate inducere Cravetta fruſtra tentat eo colore, quod cum teſtator, inter

ter naturales tantum fideicommiſſum reciprocum conſtituerit, multo magis inter Legitimos & naturales ad eorum favorem conſtituiſſe exiſtimandus ſit: ne plus tribuere videatur luxuriæ, quam caſtitati. Sed reſpondetur à remotis, & planè ſeparatis Cravettam argumentari: eſto enim inter naturales tantum teſtator fidei commiſſum reciprocum induxit, ex eo inferri non poteſt illum & inter Legitimos & naturales fideicommiſſum conſtituiſſe: cum ex una ſubſtitutione non inferatur alia, & argumentum ductum à minus dilectis ad magis dilectos, & à caſtitate ad luxuriam contra eum retorquetur. Et enim ut melior ſit conditio Legitimorum & naturalium id eſt magis dilectorum, atque ut ex caſto matrimonio nati prævaleant natis ex illegitimo contubernio, veriſimile eſt illis magis dilectis fideicommiſſum, ut pote odioſum injunctum non eſſe, cum difficilius inducatur reciproca ſubſtitutio inter perſonas magis dilectas, quam extraneas. *Alciatus in L. vel ſingulis D. de vulga.* At teſtator, inſtat Cravetta, habuit reſpectum ad defectum liberorum, quo caſu videtur exſtitiſſe conditio fideicommiſſi morientibus quandocunque ſine prole liberis, quos in prima aut ſecunda conditione teſtator poſuerat. Reſpondetur ſubſtitutionem hanc factam, filio decedenti, & tempus mortis reſpicere, ſubſtitutionis enim verba ad mortis tempus referuntur, & ſic qualitas adjecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi. Vnde fit ut mortis tempore, exſtantibus liberis ſtatim evaneſcat ſubſtitutio, ut Socinum ſequutus reſpondit Decius conſ. 583. *quem in*

annotat.

annotat. probat. Molin. Non urget denique quod de alienationis prohibitione adfert Cravetta: quippe quæ facta eſt ſolummodo filijs & hæredibus. Et eſt juris non incogniti, prohibitionem filijs factam ut potè perſonalem, non extendi ad nepotes, §. *non igitur Auth. de reſtitut. fideicomm. Bart. in L. filiusfam. §. Divi de leg. 1. & in L. Lucius §. Sempronia de legat. 3. Alexand. conſ. 5. Lib. 5.* Accedit quod prohibitio hujuſmodi reſpectu filiorum ex hæredibus nominatis deſcendentium, nullius eſt efficaciæ, cum enim hæredum filij honorati non ſint ſed tantummodo in conditione poſiti nec onerari potuerunt. *L. Ab eo C. de fideicomm. L. 1. §. hac diſponimus C. commun. de legat.* Atque ita alienationis prohibitio quantum ad illos rejicitur ut inutilis juxta ea quæ exactè notat Crivell. *decis. 64. nu. 14.* Quare cum hæredum filios teſtator in conditione tantum poſuerit nec unum alteri ſuffecerit nec noſtrum ſit dicere & ſupplere quod teſtator non dixit, quodque ſubſtitutiones non ſint multiplicandæ & Teſtator velle non præſumatur quod non dixit. *L. Quidam cum filium, ubi Bald. & Imol. D. de hæred. inſtitut.* magis eſt ut contra Cravettam concludamus, nullum inter hæredum filios fideicommiſſum eſſe conſtitutum: & quod conſequens eſt Valeriano ad domum, vendicandam actionem non dari.

Conſil. 328.

Hujus reſponſi ſpeciem in hunc modum refert Vige-

Digitized by Google

Vigelius *cent.3.reſponſ.54.* Titius filios ſuos Caium & Mævium hæredes inſtituit, iiſque decedentibus filias ſubſtituit. Quæritur mortuo Caio, ſuperſtite Mævio, an filię in portionem Caij defuncti ex ſubſtitutione vocentur? & reſpondet non filias ſed Mævium ad portionem Caij defuncti admittendum eſſe ex jure quo duobus hæredibus inſtitutis, quibus aliquis ſubſtitutus eſt, inſtituti invicem ſubſtituti videntur: ut ſubſtitutus niſi utroque defuncto non admittatur, de quo *in L. Cum quidam C. de impub. & aliis ſubſtitut.* contra Cravettā qui hoc loco reſpondit filias in portionem Caij defuncti vocatas. Et ſanè ſi hujus cauſæ hypotheſis circa perſonas, quæ ex teſtatoris veriſimili mente ſubſtitutum excluderent, verſaretur, Vigelij opinio prævaleret, ut potè quæ nititur expreſſo textu. *D. L. Cum quidam.* ubi diſertè ſtatuit Imperator, non aliter ſubſtitutionem, impuberibus filiis factam admittendam eſſe; niſi uterque eorum in prima ætate deceſſerit. Quæ ſententia & proprietati ſermonis, & menti Teſtatoris, perſonam magis dilectam ſubſtituto anteferre volentis, conſona eſt, ut exactè demonſtrat Gabriel Mudæus in expoſitione *d L. Cum quidam. & Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt. 62. nu.35. & ſeq.* At cum ex iis quæ Cravetta nu. 32. tractat, colligatur Teſtatorem non de deſcendentibus hæredis inſtituti, ſed de collateralibus diſpoſuiſſe quodq; hoc caſu in terminis ſuccedat *text. in L. Lucius §. Caio D. ad Trebellian.* ubi conditio plurali ſermone expreſſa, reſolvitur in duas ſingulares, velut ſeorſum ad utrumque inſtitutum

relatas,

Digitized by Google

relatas, conſequens eſt Cravettum rectè reſpondiſſe: filias ad Caij prædefuncti portionem etiam ſuperſtite Mævio admittendas.

Conſil. 334.

Num. 1. Adverte regulam in alternativis eſſe electionem debitoris non procedere quando in rebus pondere, numero vel menſura conſiſtentibus, mora per debitorem contracta eſt ut latè & doctè tractat Monterus in *deciſ. Audientiæ Regn. Arragonum deciſ. 48. & vide infra ad conſ. 477.*

Conſil. 340.

Nu. 8. Facta promiſſione de ſolvendo certo tempore, dum tamen aliquid per eum cui promiſſio fit, factum fuerit, quis in præſtatione prævenire debeat? exactè diſcutit & definit idem Monterus *deciſ. 20.*

Conſil. 343.

Nu. 3. Adde Conventionem vel promiſſionem ex cauſa matrimonij poſſe induci per verba inſtitutionem importantia, nec ideò videri conditam vltimam voluntatem, ſed contractam ab initio utilem obligationem, dilata tantum exactione in tempus mortis promittentis; Faber in ſuo Codice *lib. 5. tit. de pact. convent. def. 8. ex Oldrado, Chaſſan. & Pariſ. 16. alleg.* Vide eundem Cravett. ſupra *conſ. 19.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 348.

Nu. 10. in 2. dubio Sententiam Cravettæ reſpondentis prælegata venire in reſtitutionem fideicommiſſi quando teſtator poſt prælegata aut inſtitutionem in rebus certis, quod idem eſt, inſtituit hæredem his verbis: in omnibus autem alijs ſuis bonis inſtituit N. & poſtea fideicommiſſum induxit, refert & probat Fachinæus *controverſ. lib. 13. c. 65.* Quamvis enim Teſtator dixerit ſe inſtituere N. in alijs bonis, & ſic videatur excipere bona relicta & prælegata, nihilominus hæres intelligitur univerſaliter inſtitutus in omnibus bonis atque ideo etiam in rebus legatis. *l. ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit excepto fundo D. de hæred. inſtituend. eodemq; loco cernere eſt, authores & argumenta utriusq; Sententiæ.*

Conſil. 352.

Nu. 1. vide eundem ſupra *conſ. 25. num. 28. & adde Menoch. lib. 4. præſumpt. 135.*

Conſil. 354.

Secundum facti ſpeciem qua proponitur Titium nepoti ſuo matrimonium ineunti donaſſe bona juraque ſua omnia, paterna & materna duntaxat, ubicumque ſint & quocunque nomine cenſeantur uſufructu eorum & florenis aliquot ſibi reſervatis, non

Digitized by Google

rectè reſpondit Cravetta Titium omnia ſua bona nepoti donaſſe. Contrariũ enim incunctanter ſtatuendum eſt, paterna nempè maternaque tantum donata eſſe, quod & Vigelius advertit. *Reſpon. juris centu. 3. reſponſ. 62.* Cum dictio duntaxat ſit taxativa quæ ejus eſt naturæ ut excludat omnia præter expreſſa, Præſes *in loco à natura dictio. taxat. num. 1.* cui adſtipulatur in dubio id quod minimum eſt, ſequendum eſſe *l. ſemper in ſtipulatio. D. de reg. jur.* accedit quod bona donata eadem oratione continentur & ab eodem verbo reguntur inde fit ut qualitas hæc patronorum & maternorum in pręcedentibus ſubaudiri debet, quo poſtremo argumento compulſus Cravetta ingenuè fatetur animum ſuum his quæ in contrarium adduxerat non acquieſcere ſed procliviorem eſſe in eam ſententiam ut donatio ad paterna maternaque reſtringatur.

Conſil. 357.

Nu. 1. & ſeq. Adde quod licet bona à patre diviſa inter filios & tradita, regulariter non veniant in fideicommiſſum, limitatur tamen niſi pater reſervaverit facultatem de his teſtandi. *Petrus Zans. de bono diviſ. lib. 4. c. 3. nu. 3. ex Pariſ. Curt. Iun. & Menoch. 16. alleg.*

Conſil. 361.

Nu. 2. Adde *Alciatum lib. 3. de verb. ſignific. nu. 21.*

decia-

decianum conſ.1.nu.7.& num.141.lib.1.

Conſil. 366.

Nu.1.& 2. *Adde Menoch.de arbitrat.Iud.queſt.71.nu.12.Socyn.in fallent.reg.58.*

Conſil. 368.

Nu.2.Adde quod naturales dicuntur qui naſcuntur ex ijs inter quos eſſe poterat matrimonium, porrò natus ex conjugato & ſoluta, ſpurius eſt & tam maternæ quam paternæ ſucceſſionis incapax §. *fin. Auth.quib.mod.natur.Marcus deciſ.12.part.1.nec per* ſubſequens matrimonium Legitimatur *Wameſ. conſ.545.*

Conſil. 371. & 372.

In prin.Adde ſi tutor in re pupilli graſſetur eiuſque fidejuſſor ſibi metuat, expedit fidejuſſori, ut ſuſpectum arguat tutorem nam lite conteſtata, tutori adminiſtratio interdicetur *l.ſi plures D. de adminiſt.tut. l.fin.D.rem ratam hab.Parlado.rerum quotid.l.2.c.12.*

Conſil. 375. & 376.

Nu.1.Adde hæc latè declarantem Tiraquellum *de utroque retractu ad fin.tit.num.4 & ſeq.Peckium ad reg. juris canonici c.ex eo non debet.de reg.jur.in 6.*

Digitized by Google

Conſil. 379.

Num. 3. Adde univerſitatem pro rebus neceſſarijs poſſe ſibi ipſi nummos imperare, ut pro diſſolvendis nominibus, litium impenſis & rebus ſimilibus: & id major pars reliqua nolente exequi poterit. *c. vetitum. de his quæ fiunt à maiore part. capi. & ibi Innocent. & Panormit. Coſtal. ad l. 1. D. quod cuiuſq; univerſi. no.*

Conſil. 381.

Nu. 1. vide notata ſuprà *ad conſ. 201.*

Conſil. 382.

In prin. licet juxta quorundam ſententiam de qua diximus ad conſ. 637. producens inſtrumentum, illud pro parte acceptare, & pro parte impugnare non poſſit, cum exhibens poſſit prævidere, quid contineat, aliud tamen obtinet in teſte cuius dicta producens reprobare poteſt. *Caſtren. in l. ſiquis teſtibus C. de teſt. Natta. conſ. 31. nu. 3. Wameſ. conſ. 553.*

Conſil. 386.

Nu. 2. Adde deciſ. 1. Senatus Mantuani apud *Surdum 79. & 89.*

Conſil.

Conſil. 387.

Num. 25. procedit hæc concluſio ubi affectatè & malitiosè veritas occultatur, ſubtrahendo probationis facultatem *in per Pariſ.conſ. 67.nu.129.vol.3.*

Conſil. 390.

Nu.19. vide eundem *infra conſ.591.num.2.& adde Menochium de præſumpt.lib.4.præſumpt.101. nu.88. & 89.*

Conſil. 392.

Nu.1.& ſeq. diſpoſitio in caſum ſimplicem facta, quando locum habeat in caſu mixto? *tractat Curt. Flander.lib.3.conjectur.to.2.c.8.*

Conſil. 394.

Nu.3. vide notat.ad *conſ.7.& adde Afflictum.deciſ. 220.*

Conſil. 395.

Nu.2. Adde Pinellum ad primam *part.l.2.nu.12.& ſeq.*contra communem ſententiam concludentem remedium l.2.non obſtante ſcientia, leſis competere.

Conſil. 397.

Vide eundem in hac eadem hypotheſi *conſ.385.*

Conſil. 400.

De uſu ſilvæ vel nemoris extant duo textus, videlicet *in l.divus D.de uſu & habitat.& l.velut.D.de ſervit. ruſtic.prædio.* quos eleganter examinat Nicol. Valla de rebus dubijs *tract.7.nu.19.*

Conſil. 401.

Nu.2. Adde Deciũ *conſ.39.nu.5. & conſ.322. nu.4.*

Conſil. 404.

Vide notata ad *conſ.495.*

Conſil. 406.

Num. 13. quod dicitur rem inter alios actam alijs non prodeſſe, temperatur in contractibus antenuptialibus abſente ſponſa initis, ex ijs enim quæritur jus ſponſæ etiam abſenti *l.1.§. accedit C. de rei uxor. acti.L.fin.C.de jure dotium*, quia ex quo conſentit in matrimonium cenſetur acceptare pacta dotalia & confidere ijs qui vice illius tractant *Molin. ad Decium conſ.35.num.1.*

Conſil.

Conſil. 410.

Nu. 1. qui in rebus humanis non eſt aut vivo teſtatore non fuit natus aut conceptus an vocari & ſubſtitui poſſit in teſtamentis & contractibus tractat contra communem Valla *de rebus dubijs tract.* 4.

Conſil. 411.

Hujus conſilij meminit Gaſpar Teſſaurus in reſponſo poſt patris deciſionem 132. ubi concludit quod juriſdictio & pœnarum ac emolumentorum perceptio ad vaſallum ſpectant, quando illius ſubditi generali Principis edicto contraveniunt, contra Surdum, Menochium & Pancirolum, qui in eadem facti ſpecie contrarium pro Fiſco Principis reſponderunt.

Conſil. 412.

Nu. 3. Adde eundem Cravettam *conſ.* 676.

Conſil. 416.

Vide notata ad *conſ.* 326. & 328.

Conſil. 417.

Vide notata ad *conſ.* 668. & 714.

Conſil. 418.

Nu. 1. adde Menochium *lib.4.præſumpt.201.nu.97. Vallam.de rebus dubijs tract.6.nu.5. & ſeq. Præſid. Everardum conſ.185.& vide notata ad conſ.37.*

Conſil. 423.

Nu.4.verſic.detrahitur quarta contra voluntatem teſtatoris, hinc eſt quod in legato uſusfructus omnium bonorum continetur & Legitima §.*prohibemus in Auth.de trient.& ſemi.* quæ tamen filijs aut nepotibus in vivis exiſtentibus eorum favore à legato eximenda eſt, quod ſi filij ſeu nepotes ſint mortui, quibus ſubſtitutus datus eſt,verius eſt eam manente uſufructu nō detrahi, quia mortuis illis legati onus cenſetur injunctum ſubſtituto, qui jus detrahendi non habet *ut Peregrin.de fideicomm. art.12.ſub num. 29.& 48.* & contraria repudiata opinione aſſerit Fachineus *lib.10.controverſ.c.99.*

Conſil. 427.

Nu.5.Vtile dominium emphyteuſeos poteſt hypothecæ ſupponi ſine domini directi conſenſu, ſed cadente emphyteuta,cadit jus hypothecæ late Præſes Everard.*conſ.151.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 431.

Nu. 2. vide notata ad conſ. 146.

Conſil. 436.

Num. 8. Adde diſtinguendum eſſe ut quando obligatio eſt ſimplex, ſed dilata tantum ſolutio in diem, & ad certum tempus, non obſtante prorogatione teneatur fidejuſſor, quod ſi obligatio ſit pro certo tempore, eo finito evaneſcat fidejuſſio. *L. ſi fidejuſſor conventus* §. *fin. D. mandati.* quam diſtinctionem probat ampliat & reſtringit Teſſaur. *deciſ. 125. & Gaſpar. in addit.*

Conſil. 438.

Nu. 5. Adde *Capicium deciſ. 108. Molin. de primogen. c. 5. nu. 25. lib. 4. Ruinum conſ. 124. & conſ. 130. in fin. & 147. lib. 3.*

Conſil. 440.

Nu. 10. Adde Ripam & Alciatum *in l. 1. D. de vulg. & pup. eundem Alciatum in lib. 3. de verb. ſignific. num. 15. & Decianum conſ. 1. nu. 163. lib. 1.*

Conſil. 441.

Nu.1. vide notata *ad conſ.271.*

Conſil. 442.

Nu.10. Adde in his terminis *deciſ. Mantuani Senatus apud Surdum 166. & vide eundem Cravettam conſ. ſeq. 445.*

Conſil. 446.

Nu.3. Adverte quod Teſtator tacitè videtur fideicommiſſario ſeu Legatario dare copiam propria authoritate, apprehendendi legatum per verba, inſtituit & ſubſtituit omni meliore modo Franciſ. Curtius *in l.ult. C. de edict. D. Adriani tollen. Molin. ad Decium conſ. 424. num. 15.*

Num. 3. diſtingue legatarium nempe ante aditam hæreditatem propria authoritate occupantem legatum non privari jure legati ſed teneri ad poſſeſſionem hæredi reſtituendam, ſecus ſi poſt aditam hæreditatem occupet legatum quia tunc locus eſt diſpoſitioni *L. non dubium C. de Legat. Decius. conſ. 243. & cōſ. 424. nu. 18. Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif. f. 63*

Conſil. 450.

Nu. 13. & 15. quænam ſit differentia revocandæ

ex

ex cauſa inofficioſi donationis inter vivos & cauſa morris? laté & doctè tractat Valla *de rebus dubijs tractat.2.*

Conſil. 451.

Adde eundem *conſ.432.*

Conſil. 456.

Nu.2. Adde eundem *conſ.602.nu.9. & conſ.795.nu. 3. Roland.conſ.20.nu.17.l.1.& Nattā conſ.140.nu.3.*

Conſil. 458.

Adde in actione ceſſa adverſus negligentem tutorem conſilium Præſidis Everardi *184.*

Conſil. 461.

Num.12. Adde quod metus præcedens vitiat teſtamentum inter conjuges blanditijs captatum *Peck.de teſtam.conjug.lib.1.c.9.num.2.*& metus ſemel illatus quam diu durare preſumatur. *16. nu. 3.* & an proteſtatio abſente parte fieri poſſit.*c.10.nu.2.*

Conſil. 464.

Num. Quando ex re emphyteutica in dotem data, debeatur Laudemium conſule *Molin. tit. 2. deſcenſi. 55.*

Digitized by Google

55.56.gl.1.nu.36.& ſeq.

Conſil. 467.

Secundum hanc Cravettę ſententiam contra Bartolum ſæpius Senatum Pedemontanum judicaſſe refert Teſſaur. *lib.2. quæſt.4.* & adde Cravettam *conſ. 884.& vide eundem conſ.799.*

Conſil. 468.

Nu.1. Adde quod in præteritione poſthumi ignoranter facta non conſervantur notabiles quantitates, etiamſi Teſtator diu ſupervixerit, nec teſtamentum mutaverit quia exiſtimare potuit jus poſthumi ſalvum eſſe per conditionem, ſi ſine liberis quæ etiamnum pendebat, potuitque poſthumus præmori *Molin.ad Decium conſ.490.nu.2.*

Consil.474.

Nu.1.*Adde Minſing.obſervat.98.cent.2.Gail.lib. 1.obſervat.65.*

Consil. 477.

Nu.6.Quæſtio hæc ſi Titius promittat Seio creditori ſolvere mille intra annum, & ſi non ſolverit, dedit Seio bona quædam inſolutum, an Titio non ſolvente detur Seio actio ad pecuniam conſequendam, num

Digitized by Google

num verò prædijs contentus eſſe debeat? inter ſe commiſit duos magni nominis Iuris conſultos Decium nempe & Alciatum, ille *conſil. 12.* reſpondit optionem dandam Seio, num velit retinere prædia vel conſequi pecuniam, & movetur duobus præcipuè argumentis: primo quod hujuſmodi alternativa cenſeatur appoſita favore creditoris, & quod conſequẽs eſt electio ad eum pertinere videtur, aliter enim poſito jure favor verteretur in odium *ut per Bart. in l. quamvis D. de pign.* deinde, quia datio inſolutum videtur fieri in pœnam Titij debitoris, pecuniam non ſolventis, per promiſſionem porro pœnalem non novatur præcedens obligatio ſi ex cauſa oneroſa procedat vel bonæ fidei ſit, aut bonæ fidei naturam imitetur *L. prædia D. de act. empti. Bart. in l. ita ſtipulatus D. de verb. oblig. & Decium ſequuti ſunt Ruinus conſ. 84. vol. 1. Curt. Junior conſ. 132. Goſadin. conſ. 42. & deniq; Ripa in c. inter cæteras ex de reſcript. & in l. 4. §. ſi ex conventione D. de re judic.* contrarium ex facto conſultus reſpondit, Alciatus *reſponſ. 11. lib. 8.* adducens illam præcipuam rationem quod hujuſmodi contractus & pacta illis adjecta cenſentur inita in favorem utriuſque contrahentis *L. ſi vina emerim ubi Bart. D. de peric. & comm. rei vend.* atque ideo ſuccedit regula: in alternativis electionem eſſe debitoris, confirmat ſuã ſententiam ex eo quod in ſolutum datio eſt venditionis ſpecies *L. ſi prædium. C. de act. empt.* in qua non ſubauditur clauſula ſi emptor voluerit, nam cum datio in ſolutum facta fuerit, utriuſque partis conſenſu, non poteſt niſi utriuſque conſenſu diſſolvi *L. nihil*

tam

tam naturale D.de reg.jur. quod verò de penali ſtipulatione adfertur reſpondet illud duntaxat obtinere in eo qui pœnam ſubjicit firmandæ principalis obligationis cauſa. *l.ſtipulatio §.alteri D.de verb.oblig.l.3. §.ſed ſi pignora D.de re judic.* atqui cum in hujuſmodi terminis datio in ſolutum pœnæ nomine & loco non fungatur ſed facta ſit ob cauſam exſtinguendæ obligationis, ideoque utriuſque partis favorem reſpiciat. *d.L.ſi quis vina,* inconcuſſa ſtat regula electionem eſſe debitoris, atque hanc ſententiam ut veriorem probavit Senatus Neapolitanus apud Afflictum *deciſ.397.* & in judicando poſtea ſequuti ſunt Senatus Pedemontanus apud Teſſaurum *deciſ.147.* Mantuanus apud Surdum *deciſ. 113.* & contra Decium judicatum fuiſſe teſtis eſt *Socyn. junior conſ.62.nu.21. vol.3.*

Conſil. 480.

Vide notata *ad conſ.54.*

Conſil. 484.

Vide eundem *conſ.458.*

Conſil. 486.

Adde Socinum *conſ.30.lib. 1. & 92.eodem vol.* qui in eodem caſu conſuluit cum Alexandro *conſ.13. vol.3.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 491.

Adde deciſionem Rotæ Genuenſ. *184. & Avenion. deciſ. 67.*

Consil. 494.

Nu. 1. adde Rotam Genuenſ. *deciſ. 165.*

Consil. 495.

Adde an Civitas ſingulos cives & eorum bona ſub pæna repræſaliarum obligare poſſit? quam quæſtionem luculenter pertractat Andreas Gail de arreſtis Imperij *c. 13.*

Conſil. 496.

Num. 5. Adde quamvis decimæ in ſingulos annos debeantur, ſi tamen ſuo tempore petitæ non fuerint, poſtea pro annis præteritis peti non poſſunt quaſi tacito judicio remiſſæ ita Senatus Sabaud. *apud Fabrum defin. 66. in ſuo Cod. de ſacroſ. Eccle.*

Conſil. 498.

Vide eundem ſupra *conſ. 484.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 500.

Nu. 3. Recte aſſerit Cravetta quando effectus tantum conſideratur, ſatis eſſe conditionem impleri per æquinales, quod licet in pacto & ſtatuto urget Ruinus *conſ. 64. nu. 14. lib. 1.* eum tamen improbat Molin. ad Decium *conſ. 77. nu. 4.*

Conſ. 503.

Nu. 6. *adde Afflictum deciſ. 380, nu. 6. & 7.*

Conſ. 505.

Nu. 3. & ſeq. adde Oſaſcum *deciſ. 49. & 71. nu. 44. & ſeq.*

Conſil. 509.

Vide Gaſ. Teſſaurum citantem hoc reſponſum *ad deciſ. patris 146.*

Conſil. 512.

Nu. 1. adde Senatum Mantuanum apud Surd. *deciſ. 68. 98. & 101.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 514.

Nu. 5. Adde Boerium *deciſ. 247. nu. 1. 2. & 3. Pariſ. conſ. 23. nu. 87. vol. 1. Ripam in l. 1. conſtante nu. 10. D. ſolut. matrim.*

Conſil. 516.

Vide notata ad *conſ. 512.*

Conſil. 517.

Nu. 5. hanc ſententiam ſequitur Camera Imperialis, ut aſſerunt *Minſ. obſer. 92. cent. 4. & Gail de pignor. obſer. 15. nu. 4.*

Conſil. 520.

Nu. 1. Adde quod ſtatur confeſſioni mariti de dote recepta in præjudicium creditorum, quando juvatur hujuſmodi confeſſio, quibuſdam indicijs *Bald. in l. unic. C. de privileg. dotis Socyn. conſ. 82. & 122. lib. 3. Decius conſ. 536. vide plene Menochium lib. 3. præſumpt. 13. & Surdum deciſ. 285.*

Conſil. 522.

Nu. 6. vide notata ad conſ. 722.

Digitized by Google

Conſ. 524.

Vide notata ad conſ. *588. & 589.*

Conſ. 525.

Nu. 2. Adde an ille qui captus fuit ab hoſtibus reperat à mandante precium ſuæ redemptionis, *vide Hyeron. à Laurent. deciſ. Avenion. 126.*

Conſil. 527.

Nu. 1. Adde non interrogationem ſed reſponſionem attendendam eſſe, ut pote quæ illam reſtringit, & quod reſponſio dubia ſit declaranda à reſpondente, quomodo item interrogatio & reſponſio exaudiri debeant? conſule Surdum *deciſ. 291. per totum. Iaſon. conſ. 173. nu. 7. vol. 3. Menoch. conſ. 82. nu. 32.*

Conſil. 532.

Vide notata ad *conſ. 22.*

Conſil. 536.

Nu. 13. vide eundem *conſ. 187. nu. 1. &* adde Franciſcum Marcum *deciſ. 482. nu. 5. in prima part. Covarr. variarum reſolut.* c. 2. nu. 4.

Conſil.

Conſil. 537.

Nu.1.vide notata *ad conſ.326.*

Conſil. 542.

Num.3.donatio inter virum & uxorem quomodo conſideranda? conſule Vallam de rebus dubijs *tract. 11.nu.14.Peckium de teſtam.conjug. lib.1.c.7. eundem lib.4.c.41.Surdum deciſ.166.*

Conſil. 543.

Hoc reſponſum probat *Teſſau.deciſ.150.nu.16.* & confirmat ipſe Cravetta *conſ.555.*
Nu.6. Adde Teſſaurum *deciſ.190.nu.7.*

Conſil. 545.

Num.4.Adde teſtes affirmantes quod continuè ita viderunt & audiverunt obſervari,& ſpeciatem in tali cauſa probare conſuetudinem ut contra Decium tuetur *Mo!in.ad conſ.402.nu.13.* adde Cravettam *conſ.116.*

Conſil. 547.

Nu.1.vide notata ad *conſ.136.*

Digitized by Google

Conſil. 550.

Num.2.adde Menochium de arbitra.*caſu 432.eundem lib.3.præſumpt.55.*

Conſil. 555.

Adde Teſſaurum *deciſ.137.*

Consil. 557.

Nu. 2. adde *Oſaſcum deciſ.20.& 172. Boerium deciſ.330.*

Consil. 558. 559. & 560.

Conſulendus hic Menochius de recuperanda poſſeſſi *remed.15.nu.100.& ſeq.*

Conſil. 563.

Nu.4. *adde Petram de fideicomm. q.15. Molinam de primogen.c.17.nu.15. Menoch.lib.4.præſumpt. 198. num.14.*

Conſil. 565.

Vide eundem ſupra *conſ.484.& 498.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 568.

In adverſam ſententiam fideicommiſſum nempe conditionale non tranſmitti ad filios præmoriente patre ante conditionis eventum, nequidem etiamſi cum jure accreſcendi unitum ſit, iverunt Mantua *de conjectu. ultimi volunta. tit. 20. nu. 13. Peregria de fideicomm. art. 31. nu. 16.* Fachineus qui hoc reſponſum citat & improbat controverſ. *lib. 10. c. 20. & 21.* & juri magis conſona videtur, ut potè quæ nititur manifeſto textu, *L. cum ita §. hæredes mei. D. ad Trebellia.* cui accedit recepta juris regula: fideicommiſſum conditionale non tranſmitti *L. unica §. ſinantem C. de caduc. tollend.*

Nu. 2. vide eundem *conſ. 62. nu. 7. & conſ. 418. nu. 1. & adde Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. num. 97.*

Conſil. 570.

Nu. 1. vide Guidonem Papæ *queſt. 458. & addentes ibidem.*

Conſil. 571.

Nu. 23. adde Surdum *deciſ. 251.*

Digitized by Google

Conſil. 574.

Nu. 2. adde ſi Teſtator legaverit Titio omnem hæreditatem patris & matris ſibi obventam, cenſetur tantum legaſſe partem, quæ teſtatori ab initio obvenit, non eam quam poſtea ex contractu quæſivit, quippe quod illam titulo hæreditario non acceperit ut contra Decium *conſ. 69.* tuetur Alciatus *in l. nihil aliud D. de verb. ſignific.* quem ſequitur Molin. *ad Decium D. conſil. 69.*

Conſil. 575.

Nu. 1. vide notata ad *conſ. 450.*

Conſil. 576.

Nu. 7. adde Surd. deciſ. 269. Decium conſ. 69. nu. 5. Ripam *in l. hæredes mei 17. cum ita D. ad Trebell.*

Conſil. 579.

Nu. 2. adde Præſidem Everard. *conſ. 38. &* Neoſtadium de feudi ſucceſſione *c. 5. nu. 8. & ſeq.*

Conſil. 580.

Nu. 1. adde Fachin. *lib. 5. controv. c. 96. Surdum deciſ. 21. & Crivel. deciſ. 61.*

Conſil. 581.

Hoc reſponſum citat & contrariam ſententiam defendit Gaſpar. Teſſaur. *ad deciſ. patris 62.*

Conſil. 583.

Vide ad materiam Teſſaurum huius reſponſi memorem *deciſ. 257.*

Conſil. 584.

Vide notata ad *conſ. 557.*

Conſil. 588. & 589.

Licet Senatus Pedemontanus apud Teſſaurum *deciſ. 184.* judicaverit juxta opinionem Cravettæ eamque ſequutus ſit Rolandus de lucro dotis *q. 30. & 32.* tamen pro ſententia contraria quæ per hujuſmodi ſtatutum non cenſet derogatum diſpoſitioni legis hac edictali niſi deſertè & evidenter de derogatione conſtet, ſed favore liberorum detrahendum eſſe legitimam ſe conſuluiſſe & in judicio obtinuiſſe refert Brunus Aſtenſis de ſtatut. q. 26. nu. 317. eamque probat Gaſpar. Teſſau. ad deciſionem ſupradictam, quibus adjice quod ſtatutũ etiam univerſaliter loquens non cenſetur tollere ſpecialem proviſionem l. hac edictali ut notat Molin. ad Deciũ *conſ. 283. nu. 1. & 2.*

Digitized by Google

Conſil. 591.

Nu. 2. adde Menoch. lib. 4. præſumpt. 101. nu. 8. Fabrum in ſuo Codice lib. 6. tit. de repud. vel ac qui hered. def. 1.

Conſil. 593.

Nu. 13. *adde Surdum deciſ. 324.*

Conſil. 594.

Nu. 1. *adde Crivellum deciſ. 79.*

Conſil. 598.

Nu. 1. *adde Hyeronimum à Laurent. deciſ. 128.*

Conſil. 600. & ſeq.

Nu. 5. vide latè Maſcrad. *conc. 789. Alciatum de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 37. Petram. de fideicom. queſt. 11. num. 310.*

Conſil. 637.

Nu. 6. Cravettæ doctrina exaudienda eſt in ſimplici ſcripturæ, productione nulla adhibita proteſtatione, nam receptior eſt ſententia aſſerentium proteſtationem

tionem in productione adhibitam, his aut ſimilibus verbis, in parte & paſſibus, &c. ut in ea parte quæ producenti nocere poſſet pro non producta habeatur, ut tradunt Alberic. *in L. 1. §. creditores nu. 13. D. de eden. Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. ſciendum verſic. quod ſi produco. Papienſis in forma product. inſtrum. in verb. in illis paſſibus Felin. in c. cum venerabilis nu. 23. de except.* & in c. imputari de fid. inſtrum. qui teſtatur eſſe communem quam etiam in judicando amplexa eſt Rota Romana *deciſ. 3. tit. de fide inſtrument. in novis Alexander. & ibi Molin. conſ. 124. nu. 6. lib. 7. Menoch. conſil. 306. nu. 14.*

Conſil. 640.

Contrariam ſententiam quod nempe Princeps civitati auferre poſſit nundinas, etiamſi illas longiſſimo tempore etiam hominum memoriam excedente, exercuerit, conſulendo obtinuit Natta *conſ. 511. & 512.* & recte ut mea fert opinio, ſtat enim pro Nattæ ſententia, recepta juris doctrina: Principem nempe poſſe revocare privilegium ſubdito conceſſum ut late Felin. *in c. novit de judicijs* niſi tranſiverit in contractum, cuiuſmodi eſt quod Princeps in inauguratione ſua obſervare jurat vel pecunia accepta aut ob bene merita conceſſit, ut pulchre *Hennin Goden. conſ. 32.* quale nihil hic interveniſſe proponitur, inde fit, ut, cum ex præſcriptione nihil aliud colligi poſſit, quam tacitus Principis conſenſus conſequitur Principem ſicut expreſſum, ita & tacitum revocare poſſe con-

 ſenſum,

ſenſum, neque movet Principem non poſſe revocare donationem ſubdito collatam,reſpondetur enim, ex donatione acquiri dominium de jure gentium cui Princeps contravenire non poteſt *Bart. in præmio Dig.*aliud obtinet in terminis meri privilegij & præſcriptionis quæ de jure gentium dominium non conſtituunt, cum de jure gentium præſcriptio ſit in cognita, ut potè inducta jure civili quo Princeps ſolutus eſt, non urget denique quod ex conſuetudine cuius initij memoria non extat inſurgat præſumptus titulus & ut actus valeat efficaciſſimum titulum præſumi debere *L.1.D.de ſolut.Alexand. conſ.8.l.3.* Reſpondetur tanti temporis lapſum nihil aliud inducere, quam vicem conſtituti ut planum *eſt ex L. hoc jure §.ductus aquæ D. de aqua quotid.& æſtiva* ubi Pomponius: Ductus aquæ, inquit, cuius origo memoriam exceſſit, conſtituti loco habetur *& ex L.1.§. fin.D.de aqua plu.arcend.* ubi Vlpianus: ſi Lex agri inquit non inveniatur vetuſtatem vicem Legis tenere, unde cum hujuſmodi temporis uſus tacitam tantummodo conceſſionem per fictionem inducat, evincitur eadem ſicut expreſſam & veram conceſſionem à Principe revocari poſſe ne plus operetur fictio in caſu ficto quam veritas in caſu vero. *L.unic.C.de rei uxor.acti.*

Conſil. 643.

Nu.3.& 4. Adde quando ex conſuetudine antiqua poteſtas venandi ſolis Principibus conceſſa eſt alijs inter-

interdicere poſſunt venationes vel ſi in inveſtitura conceſſa ſit,aut ſi prohibitioni,à Domino factæ,ſubditi longiſſimo temporis ſpatio acquieverint, ut videre eſt apud *Chaſſa ad Conſuetud. Burgund. rubrica. 13.des foreſt,paſtutages § 7.Franciſcum Marcum deciſ.530.Grammaticum deciſ.67.nu.9.Sebaſtianum Medi.in tracta.de venatio piſcati,& aucupio in prima parte quæſt.5.*& alios quos adducit Fachinæus *lib.1.controverſ.c.1.*

Conſil.644.

Nu.5. Quæſtionem huic non abſimilem proponit & definit Curtius *Brug.conjecturarum lib.2. cap. 1.* in hujuſmodi ſpecie: Lex municipalis dictabat: Socius ſi partem in fundo communi vendat, ſocio in ea retractus eſto. Titius cum Aſpero fratre fundum habens communem, ſuam partem ſimul & hortum ſuum quem elegantem ſub urbe poſſidebat uno precio Seio addixit,de tribus quæſitum eſt : primum,an omnino de ea re retractus eſſet ? deinde an ad fundi partem tantum dimiſſo horto daretur ? poſtremo an una & hortos retrahere neceſſe foret ? & quod ad primam quæſtionem attinet, licet prima fronte tentari poſſet, legi municipali in hac hypotheſi locum non eſſe,ut pote quæ in his terminis non loquatur & manifeſtum ſit, ſtatuta ſtricte exaudienda, tamen ut fraudibus obviam eatur retractui locum eſſe concludit. Cum hoc tamen temperamento (quod ſecundam & tertiam quæſtionem definit) ut Aſper.aut

totum

totum rettahere cogendus ſit, aut nihil.

Conſil. 645.

Nu. 1. Adde latè Petram *de fideicommiſſ. q. 1. nu. 27. Surdum deciſ. 238.* ubi plurimos allegat.

Conſil. 647.

Nu. 12. Dos congrua quæ dicatur, & ad quid obligatur qui ſe dotem congruam dare promiſit, & num tempus mortis, an conſtitutæ dotis inſpiciendum ſit? vide exactè tractantem Fabrum *de error. pragmat. decad. 13. error. 14. eundem in ſuo codice lib. 3. de inoffic. teſtam. defin. 20. 21. 22. 23. & Cravettam conſ. 11. & ibi notata.*

Conſil. 649.

Nu. 2. vide notata *ad conſ. 568.*

Conſil. 650.

Nu. 10. Adde Surdum *deciſ. 269. nu. 1. 7. & 8.*

Conſil. 651.

Nu. 5. Adde quod plus juris habet curator hæreditati jacenti datus, quam bonis abſentis, & in quibus conſule *Fabrum in ſuo Cod. lib. 5. tit. de Curat. furio defin. 11.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 654.

Adde eundem infra *conſ.696.*

Conſil. 656.

Nu. 5. ſed quando linea conſideranda ſit effective quando contentive conſule Menoch. *lib.4. præſumpt. 88.nu.11.& ſeq.*

Conſil. 658.

Vide notata *ad conſ.643.* & fructus ſilvæ venatoriæ cuius ſint? & utrum communis omnium venatio ſit? *vide Gail.lib.2. obſervat. 68.* & an communitas poſſit facere proclama nequis in ſuo diſtrictu venationem vel piſcationem exerceat? vide Decium *conſ. 197.*

Conſil. 659.

Nu.1.vide eundem *conſ.246.& 299.*

Conſil. 661.

Num.2. Adverte quod etiamſi filius ſit præſens & nominatus in contractu matrimonij non tamen cenſetur renunciare beneficio l. fœminæ & l.hac edictali, quia aliud eſt honorare parentem & officioſè conſentire

ſentire ſecundis nuptijs, aliud juri ſuo renunciare, requiritur ergo ſpecialis renunciatio ut docet Molin. ad Decium *conſ.206.nu.2.*

Conſil. 663.

Nu. 2. vide notata ad conſ. *306.*

Conſil. 665.

Vide notata ad *conſ.491.*

Conſil. 666.

Nu. 10. Repetitio qualitatis, quantitatis, oneris vel conditionis in una parte teſtamenti adjecta, quando in altera parte vel in alijs legatis uni vel alteri conjunctim vel ſeparatim relictis facta cenſeatur? exactè & eleganter præ alijs tractat valla de rebus dubijs *tractatu 14.nu.9.& ſeq. adde Menochium lib.4. præſumpt.176.177.178.179.180.181.*

Conſil. 667.

Adde eundem *conſ.62.306.418.nu.1. 568. num.2. 649 & 776.nu.13.*

Conſil. 668.

Num. 1, vide notata ad *conſil.714.* & adde ſimilem facti

facti ſpeciem nuper agitatam: Teſtator teſtamento condito, Sempronio fundum tuſculanum, Seio quam habitabat domum, & Mævio duo terræ jugera aſſignaverat & in iiſdem corporibus reliquiſque bonis eoſdem hæredes quemque ſcilicet ex triente ſcripſerat, ſed quia teſtator fundum Sempronio aſſignatum, teſtamento patris ſui rogatus erat Seio reſtituere, in familiæ arciſcundæ judicio magnis contentionibus in Curia Vltrajectina certatum memini, an Seius ſolidum & integrum fundum an vero tertiam fundi partem Sempronio tradere cogendus ſit? nam Sempronius actor totum fundū ſibi tradi oportere contendebat ſubnixus evidenti teſtatoris voluntate diſertis verbis expreſſa, ad quam Seius utpote cohæres obſervandam tenetur, & manifeſti juris, eſſe poſſe teſtatorem hæredis rem legare perinde ac ſuam tametſi per errorem ſuam eſſe putaverit *l. unum ex familia § ſi rem. D. de legat. 2. l. cum filius §. Dominus D. de leg. 2. & ibidem Bart. & D. D. Iaſ. in l. hæredum C. de fideicommiſſ.* nec referre quod Seius pro triente tantum hæres ſit, nihilominus enim ſolidum legatum præſtare compellendus eſt, ex ratione quam tradit *in ſupradicto* §. Papinianus, quod ſcilicet plenum ſit apud Seium cohæredem dominium, ideoque illud ab extraneo redimere non cogatur, eandemque rationem in ſpecie non abſimili repetit Papinianus *in §. ſervum peculij caſtrenſis ex l. fideicommiſſaria libertas D. de fideicommiſſ. libertat.* licet aliud obtineret ſi res eſſet in extranei dominio, quibus accedit ratio quam reddit Faber *in ſuo Codice lib. 7. tit. de execut. rei judic. deſin. 21.*

quod

quod nempe hæres particularis, quam rei ſuæ jacturam facit, eam quantacunque ſit cum portionis ſuæ emolumento compenſare videatur: & quotam hæreditatis partem quis habeat inſpicimus, cum de ijs actionibus diſputamus quibus vel agere potuit defunctus vel conveniri, *l.2.l.pen.& ult.C. de hæredita. actio.* Ex adverſa parte urget *tex.in l.cum à matre C.de rei vendic.* ubi fundum à matre venditum filius vendicare prohibetur pro ea portione pro qua hæres eſt unde infertur Seium quidem pro parte hæreditatis nempe triente, fundi traditionem detrectare non poſſe, porrò reſpectu reliquarum partium eum loco extranei haberi, & quod conſequens eſt ad illas præſtandas compelli non poſſe cui conſonat textus *in §. ſi fundus ex l.ſi tibi homo D. de leg. 1.* ubi Iulianus in hæc verba reſpondet: Si fundus ab omnibus hæredibus legatus ſit, qui unius hæredis eſſet: is quidem cuius fundus eſſet non amplius quam partem ſuam præſtabit: cæteri in reliquas partes tenebuntur, neque igitur Seius ſolidi fundi ſui legatum ratum habere cogitur, ſed pro parte tantum hæreditaria adverſus illum actio danda eſt, in eaque opinione ſunt Fachinæus *lib.10.controverſia. c.55. Peregrinus de fideicommiſſ. art. 33. nu. 2.* Curia ſolidum & integrum fundum Sempronio adjudicavit abſque ullo cohæredum onere, in quam ſententiam & Senatum Sabaudiæ pronunciaſſe teſtatur Faber loco ſupradicto, neque monet diſpoſitio *l. cum à matre C.de rei vendic.* res enim quam filius vendicabat, non erat apud hæredem ſed extraneum ideoque nec eo nomine de-

functa

functa mater poterat agere vel conveniri, neque cohæres actoris, rei totius præſtandæ habebat facultatem, hic autem cohæres oneratus cum & dominium & poſſeſſionem totius rei legatę & quod conſequens eſt eiuſdem tradendæ poteſtatem habeat, & rei ſuæ jacturam tanti æſtimaſſe cenſeatur, ut rem ſuam à teſtatore legatam cohæredi tradat neceſſe eſt nec refragatur textus *in d. § .ſi fundus* ibi etenim omnes hæredes ſpeciatim erant gravati fundum præſtare. Hic omnium hæredum nulla mentio ſed indefinitè fundus erat legatus uni ex cohæredibus, ab eo nempe præſtandus in cuius erat dominio & poſſeſſione abſque ulla æſtimatione aut reſervatione precij adverſus cohæredes, nec illi ulla fit injuria cum poſſit repudiare hæreditatem & rem propriam retinere nec extant leges quæ dictant hæredem poſſe petere æſtimationem rei legatæ quæ in eius eſt dominio (niſi hoc teſtator ſpeciatim expreſſerit) ſed tum demum deberi æſtimationem, quando ſcienter res aliena legatur & tunc illa æſtimatio ab hærede præſtanda eſt legatario *l. ſed ſi res aliena D. de leg. 1. egregiè in his terminis Anchoramis conſ. 365. Socyn. junior conſ. 68. l. 4. Menoch. conſ. 955. &* plures quos citat Gaſpar Teſſaur. *lib. 2. quæſtio forenſ. quæſt. 66.* & adde quæ in eandem ſententiā adducit idem Teſſaurus l. 1. quæſt. 55.

Conſil. 669.

Nu. 7. Adde eiuſdem ſententiæ Covarru. ***lib. 3. variarum reſolut c. 6. & latiſſimè Molinæi de primogen.***

*lib.1 c 8.*cum ſeq.& eundem Cravettam *conſ.592.nu. 55.& conſ.747.nu.45.& Menochium lib.4.præſumpt. 79.nu.22.*

Conſil. 670.

Nu.1.Licet quis blandis verbis & perſuaſionibus poſſit quis inducere teſtatorem ad eum inſtituendum,ſi tamen quis teſtatorem prius facto teſtamento & alio hærede inſtituto importuna petitione perduceret ut mutato primo teſtamento ipſum inſtitueret, prior inſtitutus poteſt per actionem de dolo vel actione in factum hæreditatem ſeu legatum revocare,*di lect.de arte teſtandi tit. de acquir.hæredit.Ruin.conſ.73. nu.3.lib.2.Afflict.deciſ.69.Pecki.de teſtam.conjug.lib. 1.c.9.nu.8.& ſeq.*

Conſil. 672.

Nu.2.Adde eundem *conſ.499.nu.10.* & an nati in vicis ſubditis civitati, & (ut dici ſolet) in comitatu dicantur cives originarij, & quando civitatis privilegijs fruantur,vide Alciatum & Robuffum *ad l. qui in continentibus D.de verb.ſignif.latè Menochium lib.6. præſumpt.30.nu.14.*

Conſil. 675.

Nu.3. An & quando Legitimatus per ſubſequens matrimonium ex præſumpta teſtatoris voluntate excludat

cludat

cludat ſubſtitutum accuratè explicat, Menoch, *lib.4. præſumpt,81.*

Conſil. 676.

Hujus reſponſi meminit Teſſaurus *quæſt. lib.1.q. 81.*& diſtinguit quod aut ſumus in ſimplice ſervitute itineris de qua *in l. 1.§.iter D.de ſervitut.ruſtic.prædic.* & procedit opinio Cravettæ ſervitutem nempe poſſe augeri innito patiente: aut ultra ſervitutem itineris concurrit etiam ſervitus actus, quæ in agendis jumentis aut vehiculis conſiſtit & augeri non poteſt nec illa licet uti alio modo, quam quatenus pro illo fundo opus eſt *text.in l.non modus C.de ſervit.& aqua. l.5.§.necatius D.ſervitut.* & aſſerit juxta hanc diſtinctionem judicatum eſſe, quibus adde quando nullum adfertur damnum niſi quoad aërem non poteſt ædificij conſtructio illi prohiberi qui habet parietem ab utraque parte ex quo eſt Dominus ſoli & debet tantum ſervitutem viæ pro illo ſolo, prout Senatum judicaſſe refert *idem Teſſaur.lib.2.quæſt.89.*

Conſil. 667.

Vide notata ad *conſ.656.*

Conſil. 678.

Nu.1.Quamvis noti juris ſit exceptionem fori declinatoriam, ante litis conteſtationem opponendam

 eſſe,

Digitized by Google

eſſe, limitatur tamen niſi declinatoriæ exceptiones pacto vel conventione coarctatæ ſint, vel alteratæ: quia tunc etiam poſt litis conteſtationem opponi poſſunt, ut notant *Minſing. cent. 4. obſervat. 27. Matthæus ad Guido Papa q. 275.*

Conſil. 680.

Nu. 14. *Adde Minſing. cent. 4. obſervat. 70. Gail. lib. 2. obſervat. 102.*

Conſil. 682.

Num. 2. Num actio de evictione competat priuſquam res ſit ablata? vide Minſing. *cent. 1. obſervat. 56.*

Conſil. 683.

Vide notata ad *conſ. 647.*

Conſil. 685.

Nu. 15. Hanc Cravettę limitationem quam paſſim admittunt D.D. & inter alios Afflictus *deciſ. 212. Fulgoſ. conſ. 7. Roland. conſ. 10. nu. 14. lib. 2. Corbul. ex quibus cauſel. emphyteut. jure ſuo pri. ampliat. 29.* tutam non eſſe & Senatum in contrariam partem inclinaſſe refert Teſſaur. *deciſ. 103.* nam quod attinet *ad l. Aemilius D. de minori.* ea præcipua ratione nititur quod venditor denunciando emptori ut ſolveret à legis com-

commiſſoriæ beneficio receſſerit, unde conſequitur contractum permanere & pupillum offerentem precij reſiduū, rem emptam conſequi poſſe, qua denunciatione ceſſante, locus reſtitutioni non fuiſſet *& in l. ſi cum militaribus C. de reſtitut. milit. ex qua Bart. in d. l. Æmilius* fundamentum ſumit, de hujuſmodi reſtitutione verbum nullum, quare rejecto hoc temperamento manendum eſt ſub regula, præſcriptionem nempe conventionalem, quæ cœpit currere contra maiorem, continuari contra minorem abſque ſpe reſtitutionis in integrum *ut eſt tex. & D. D. in D. l. Æmilius.*

Conſil. 686.

Num. 5. Quando quantitas legata convenit cum quantitate debita, præſumitur legatum relictum animo compenſandi, ut tenent Cumanus, Caſtrenſis, Abbas, Ruinus, Socyn. & alij quos allegat. Menochius hoc reſponſum citans. *lib. 4. præſumpt. 110. nu. 32.* idem obtinet ſi indiverſis ſcripturis relinquatur eadem quantitas ob eandem cauſam: ut ſi cauſa alimentorum centum legata ſint in teſtamento: & ob eandem cauſam centum relinquantur in codicillis. Hoc caſu centum illa ſemel tantum præſtanda ſunt ut latè *Vincent. de Fran. deciſ. 422. nu. 3. adde Cravettam conſ. 149 conſ. 167. & conſ. 301. & Præſidem Everardum conſ. 17.*

Digitized by Google

Conſil. 689.

Nu. 7. Adde teſtamentum prius conditum & perfectum pœnitentia ſola non revocari, ſed accedere debere aliam diſpoſitionem poſteriorem §. *ex eo autem J. quib. mod. teſtam. infirmen. Peckius de teſtam. coniug. lib. 1. c. 45. nu. 1. & 9.*

Conſil. 691.

Nu. 5. vide notata ad *conſ. 477.*

Conſil. 693.

Nu. 11. & ſeq. ſecundum hoc Cravettæ reſponſum & in eadem facti ſpecie pronunciavit Senatus Pedemontanus pænam ſcilicet quantitatis dationi adjectam vel à judice vel à contrahentibus in ſtipulationem deductam non deberi, niſi pro rata intereſſe, ut refert Teſaur. *deciſ. 79. & 98.*

Conſil. 694.

Nu. 1. Adde Cravettam *conſ. 286. Menoch. lib. 3. præſumpt. 56. Tiraquellum de legib. connubialib. glo. 5. num. 20.* & adverte quando fratres ſunt ſocij ſingulares, in diviſione bonorum eſt ſervanda æqualitas, ita ut habeatur ratio laboris & expenſarum *Alexand. conſ. 77. num. 2. lib. 5. Petrus de Vbald. tract. de duobus*

fra-

fratribus part.3.quæſt.2.Angel.conſ.10. Petrus Zans de bonorum diviſi lib.2.c.2.Chaſſ.ad conſuetud. Rubr.des ſucceſſions gl.5.nu.24.& ſeq.

Conſil. 695.

Nu.1. Licet ea quæ reſpiciunt actus geſti ſolennitatem, vel quæ tempore contractus ex natura ipſius adhibentur ex more regionis ubi contractum eſt legem accipiant *ut D.D.latè in l.ſi fundus D.de evictio.* ea tamen quæ ad complementum ſeu executionem contractus ſpectant vel eo abſoluto ſuper veniunt, à loci ſtatuto diriguntur in quo peragenda eſt ſolutio, cum unuſquiſque in eo loco contraxiſſe intelligatur in quo ut ſolveret ſe obligavit *l.contraxiſſe D.de oblig. & acti. Nicol.Burgun.ad conſuetud.Fland.tract.4.nu. 48.* inde fit ut is qui certo loco dare vel ſolvere promiſit: obligetur ad numerum pondus & menſuram eius loci, in quo præſtare debet: ut in quæſtione propoſita? cuius loci valor ſeu æſtimatio monetæ in annua redditum ſolutione attendi debeat, an valor loci deſtinatæ ſolutionis, an loci contractus conſuluit Præſes Everard. *conſ.78.* ubi perpenſis utrinque argumentis locum deſtinatæ ſolutionis inſpiciendũ eſſe, reſpondit quod tamen temperandum eſt niſi natura contractus vel ipſius rei aliter dictaverit, natura contractus, ut puta ſi vinum vel frumentum mutuo datum eſt, id agi intelligitur ut eadem menſura qua datum eſt, ſolvatur, alio qui enim mutuum eſſe non poteſt, quo idem non redditur, natura rei verbi gratia

Digitized by Google

dolia centum vini Aurelianenſis Gandavi præſtanda ſunt, actum videtur ut Aurelianenſis menſura præſtetur, cum non tam ad menſuram quam per dolia venierint, ut eleganter *Burgun.d.loco* & in caſu non abſimili in venditione nempe prædiorum, attendendum eſſe menſuram loci ubi prædia ſunt ſita, & non menſuram loci contractus, definivit Senatus Pedemontanus *apud Oſaſcum deciſ.114.*

Conſil. 696.

Adde eundem *conſ.654.*

Conſil. 697.

Nu.1. & 2. An vis publica committatur ab eo qui in loco publico aliquem armatus aggreditur vide Grammatic. *conſ.43.& 55. Clarum quæſt.83.* qui tenent affirmativam nec congregationem hominum requiri defendit Fachinæ. *lib.9.controverſ.c.102.* porro quæ ſit pœna vis publicæ conſule Oſaſcum *deciſ. 105.& Teſſaurum deciſ.35.*

Conſil. 699.

Hoc Cravettæ reſponſum magis receptæ D.D. ſententiæ repugnat, cum Notariatus (excepto Principis notario) non peculio quaſi caſtrenſi, ſed adventitio annumerari debeat, *Molin. ad Alex. conſ. 2. lib.6.*& quod conſequens eſt patri acquiritur quo ad

uſum-

Digitized by Google

uſumfructum *l. cum oportet C. de bon. quæ liber.* de conſuetudine tamen poteſt Cravettæ opinio ſuſtineri, maximè apud Gallos, illos inquam qui non jure ſcripto ſed moribus reguntur. Burgundiones & Belgas, apud quos adventitiorum uſusfructus ab aula receſſit. *Chaß. ad conſuetud. Rubr. des ſucceß. §. 5. num. 9. & ſeq.*

Conſil. 700.

Nu. 6. Adde Cravettam *conſ. 4. nu. 7. & conſ. 5. nu. 12.* & plenè hanc quæſtionem pertractantem Menochium *de recuperand. poſſeß. remed. 1.*

Conſil. 703.

Hoc reſponſum probat Fachinæus *lib. controverſ. 3. C. 33.* & fundamentum habet firmiſſimum, quod nepotibus matre præmortua debeatur hæreditas avi, non ex perſona matris, ſed jure proprio, & matris renunciatio tacitam habet conditionem ſi hæreditas ei delata fuerit, quæ conditio cum quo ad matrem non evenerit, ſed è contra nepotibus delata ſit conſequens eſt matris renunciationem nepotibus ex propria perſona venientibus non obeſſe *latè Covarru. in c. quamvis de pact. part. 3. §. 2. nu. 2.*

Nu. 3. in 2. dubio adverte quod vocatis proximioribus, agnatione, cognatione vel familia etiam ſalva gradus prærogativa, ſive agatur de diſpoſitione hominis, ſive legis vel ſtatuti, non aliter diſtinguendo,

Digitized by Google

perſona vel gradus., hujuſmodi diſtinctio cenſetur relicta diſpoſitioni juris communis atque ideo in linea directa nepotes in infinitum admittuntur, in collateralibus verò concurrit filius fratris cum patruo, illaque eſt gradus prærogativa, quā ſcilicet ius commune non ſecundum nudum gradum, ſed ex prærogativa nepotibus tribuit *Alexan. conſ. 26. num. 13. & 161. exactè Molin. lib. 3.* ubi tradit ſententiam *gloſſæ in l. cum ita §. in fideicommiſſo D. de leg. 2.* communibus D. D. ſuffragijs eſſe receptam quę tamen temperanda eſt quando non agitur de relicto vel conceſſione facta filio fratris diſponentis ut loquitur D. Gloſ. ſed de remotiori *ut Molin. ibidem ad Alexan. conſ. 204. nu. 6. lib. 2. & ad Decium con. 1.*

Conſil. 705.

Nu. 5. Adde Surdum *deciſ. 262.*

Conſil. 707.

Num. 1. Annecte quæſtionem huic non abſimilem quam proponit & definit Præſes Everard. *conſ. 235.* an qui promiſit tradere calcem certo precio, teneatur aucto pretio ad calcem tradendam pretio convento non ſolum ad reficiendas antiquas ædes ſed etiam ad novas conſtruendas.

Nu. 14. Adde Oſaſcum *deciſ. 91. & Gail. lib. 2. obſer. 52 nu. 26.*

Conſil.

Conſil. 708.

Nu. 28. Adde Fabrum *in ſuo Cod. lib.6.tit.de teſtam. deſin.5.*

Num. 35. Adde quod ex reſponſione adverſarij dicentis: credo quod Titius aſſeritur tale feciſſe teſtamentum, illud non probari, *reſpondet Praeſes Everard. conſ.138.*

Conſil. 709.

Vide notata ad *conſ.45.*

Conſil. 710.

Nu. 3. & 17. adde Alexand. *conſ.18. nu. 1. vol. 1. Decium conſ. 105. Fabrum in ſuo Codice lib.4. tit. de teſtib. def.30.*

Conſil. 711.

Nu. 13. adde quod in ſimili ſtatuto, nempe jus redimendi, utpote perſonale tertio cedi non poſſe concludunt Boeri. *ad Conſuetud. Bituric. tit. de la retenue des choſes vend. §. 1. verſic. & intellige hanc conſuetudinem Chaſſan tiltre des cenſes §. 1.* & in jure retentionis ſeu prælationis quod ex, l. fin C. de jure emphyteu. Domino directo competit, communis eſt ſententia illud cedi non poſſe *Guido Pape deciſ. 411. Molin. ad conſue. Pariſi.*

Pariſi.§.22.num.69.& §.55.gl.1.nu.152. Tiraquell.de retract.conſangu.§.1.gl.14.num.76. & alij quos adducit Grivell.deciſ.45. ubi tamen aſſerit Senatum cenſuiſſe jus iſtud poſſe cedi, & in alium tranſferri videndus *hic Choppinus lib.3.de Domanio tit.23.nu.5.*

Conſil. 714.

Nū. 11. vide notata ad conſ.668.

Conſil. 716.

Nū.1. Adde quod etſi concludere in cauſa, in effe-ctu ſit renunciare omnibus probationibus & defen-ſionibus producendis *jux.gl. in C.cum dilectus de ſid. inſtru.* ideoque poſtea nova acta producere non li-ceat, admittitur tamen probatio per confeſſionem partis, deinde per rei evidentiam & aſpectum loci, de-nique peti poteſt reſtitutio in integrum per minores, mulieres & Eccleſias, ſimili quoque privilegio gau-dent aliæ perſonæ ob probationes de novo repertas, poſtremo in criminalibus, & cauſa matrimoniali, in quibus poſt concluſionem in cauſa novæ probatio-nes admittuntur & quid poſtremo de juramento? Conſule *Gail.lib.1.obſerv.107. & ſeq. Minſ. cent.3. obſervat.17.Lanfranc.in repert.Clement.ſæpe in gl.ſuper verb.libellus Felin.in c.cum dilectus de fid. inſtrum. Iaſ. in l.2.C.de edendo.*

Conſil.

Conſil. 718.

Num. 8. & 13. adde Menochium *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 32. nu. 14. & 15. eundem conſ. 499. nu. 16.*

Num. 20. Hanc ſententiam: legatum nempe uxori relictum etiam ſecundæ mortua prima deberi probat *Molin. ad Alexand. conſ. 171. lib. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 122. nu. 8. 9. 10. 11.* huc refer facti ſpeciem à Curtio Brugenſi propoſitum conjecturarum *lib. 2. c. 22.* Sponſio erat concepta his verbis; & convenit ut eo nomine tibi Semproni, viginti libras ſolvam, cum tibi ex uxore juſtus filius erit: proponebatur Sempronio uxor hiſpulla tunc fuiſſe, ex quâ nullos tulit liberos, ab obitu eius aliam Sempronius duxit filiumque ex ea ſuſcepit, & veluti jam commiſſa conditione viginti libras à reo petebat. Reus contendebat de primis non de ſecundis nuptijs cogitatum & actum fuiſſe. Actor contra conventionis verba clara urgere, nam juſtum filium ſibi ex uxore natum & conditionem non in mortem hiſpullæ ſed in nativitatem filij collatam eſſe atque in hanc ſententiam pro actore Curtius pronuntiavit.

Conſ. 719.

Nu. 1. Legatum factum mulieri, ſi vel cum erit, vel donec erit vidua an & quando ex præſumpta teſtatoris volun[illegible] debeatur ea deinde nubente pertractant duo magni nominis I. C. ti, *Mantica de conjec. ultim. volun.*

Digitized by Google

volum.lib.11.tit.19. Menoch.lib.4.præſumpt.187.per totum.

Conſ.720.

Nu.7. Adde Decium *conſ.551. num.6. & conſ.5[illegible]. Alciatum ad l. quamvis & 1. ſi cauſa cognita C. de tranſact.*

Conſil. 721.

Hoc reſponſum fulcitur ex traditis per Menochium *lib.4.præſumpt.30.nu.8.* ubi tanquam obſervatione dignum notat, ſi filius intulerit injuriam patri, ob quam pater poſſet condendo teſtamentum illum exhæredare, & deinde reconciliet ſe filius patri, & cum eo in gratiam redeat, non poterit poſtea à patre exhæredari, cum jam ipſa injuria ſicque juſta exhæredationis cauſa ſublata ſit, allegans Alexand. Iaſon. Campegium, Cottam. Picum Curtium & alios ita ſentientes.

Conſil. 722.

Nu. 1. adde quod ſi ex ſtatuto maior quis efficiatur viceſimo anno pro arbitrio quæ quæ agit, abſque ulla reſtitutionis ſpe, aliter enim poſito jure evanidum eſſet ſtatutum & eius fiducia obvium eſſet contrahentes circumvenire quod jam olim [illegible]uerat Imperator in l.1.C.de his qui veniam ætat. impetra. niſi ſub

ſubſit aliquid quod & maioribus opitulari ſolet ut exacté poſt Caſtren. *in l. ea quæ C. de his qui veniant Albetir. Odofedum & alios notat.* Argentræus in conſuetud. Britanniæ art. 462. gl. 1. & 3. adeoque à tempore annorum viginti completo, tempus petendæ reſtitutionis de his quæ intra viginti annos geſta ſunt computandum erit, contra tamen ſentiunt *Bald. in l. unica C. ſi de moment. poſſeſſ. & in l. exigendi C. de procurat. Boeri. deciſ. 131. nu. 20.*

Conſil. 723.

Nu. 1. adde quæſtionem an Dominus territorij teneatur de damno quod à prædonibus illatum eſt quam examinant Colerus *deciſ. 189. Minſing. cent. 5. obſervat. 70. Gail. lib. 2. obſervat. 64.* & quemadmodum damnum in via publica perpeſſum probari debeat conſule. *Minſ. obſervat. 71. cent. 5. & Gail. ubi ſupra.*

Conſil. 724.

Nu. 3. ſic maritus prohibitus uxori legare nec mortis cauſa ei donare poteſt: *ut rectè Alciatus lib. 2. de verb. ſignific. verſic. lex ait.* & contra Decium conſ. 196. aliter ſentientem judicatum eſſe refert, Alciati quoque ſententiam probant *Molin. ad dictum Decij conſilium & Peckius de teſtam. coniug. lib. 4. c. 41.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 727.

Nu. 8. improbat hoc Cravettæ dictum Teſſaurus *lib.2.quæſt.64.* quia magis ſtandum verbis codicillorum manifeſtis quam conjecturis, in claris enim voluntatis quæſtio non admittitur *l.ille aut ille D.de leg.2.* & quod dicitur de qualitate maſculineatis præſumptive repetita, locum habet quando ſumus in eadem oratione, ſecus in ſeparata.

Conſil. 728.

Vide notata *ad conſ.998.*

Conſil. 731.

Adde Fabrum *de error.pragmatic.decade 38.error.3.*

Conſil. 732.

Nu.13.adde quod communis eſt interpretum ſententia à Principe conceſſum Privilegium ad ſuos tranſire ſucceſſores, eoſque obligat nempe quod juſtitiæ ac rationis ordo ſuadet ut qui à ſucceſſoribus ſua mandata ſervari deſiderant prędeceſſoris ſuæ voluntatem cuſtodiant niſi tamen enormiter perjudicetur ipſi dignitati, Peckius *ad c. decet conceſſum de reg. jur.in 6.nu.6.7.& 8.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 734.

Nu. 6. Adde quod ſtatutum obligans patrem pro filio qui negociatur exaudiendum eſt, pro contractibus factis in territorio ſtatuentis; pro contractibus porro initis extra territorium pater non obligatur ac ſtatutum quam ſtrictius poteſt, accipiendum quippe odioſum & juri contrarium, at ſi ſtatutum diceret, quod pater teneretur ex contractibus ubique locorum factis, valeret utique, quia agit in perſonam ſubjectam, & quod conſequens eſt ubique effectum extendit quia in actibus privatorum non curatur territorium *Molin. ad Decium conſ. 359. nu. 2.*

Conſil. 735.

Nu. 4. An ex diviſione debeatur laudimium, ſunt qui diſtinguunt inter cohæredes legatarios & donatarios, quos neceſſitas rei ad communionem adducit, eoſque à laudimio immunes eſſe, ut judicatum refert Charondas *reſpon. lib. 7. c. 207. Choppin. in conſuetud. Andegaven. lib. 1. c. 4. Maynard. lib. 4. c. 5.* & inter ſocios qui ex conventione & voluntario contractu ſocietatem contraxerunt, eoſque laudimia ſolvere debere *Capel. Toloſ. quæſt. 75.* quod tamen reprehendit *Molin. ad conſuetud. Pariſien. §. 22. nu. 69. & §. 55. gl. 1. nu. 154.* vide late Tiraquellum *de retraict lignag. §. 1. gl. 14. & Ferror. ad Guid. Papæ q. 48.*

Conſil. 727.

Nu. 8. improbat hoc Cravettæ dictum Teſſaurus *lib. 2. quæſt. 64.* quia magis ſtandum verbis codicillorum manifeſtis quam conjecturis, in claris enim voluntatis quæſtio non admittitur *l. ille aut ille D. de leg. 2.* & quod dicitur de qualitate maſculineatis præſumptive repetita, locum habet quando ſumus in eadem oratione, ſecus in ſeparata.

Conſil. 728.

Vide notata *ad conſ. 998.*

Conſil. 731.

Adde Fabrum *de error. pragmatic. decade 38. error. 3.*

Conſil. 732.

Nu. 13. adde quod communis eſt interpretum ſententia à Principe conceſſum Privilegium ad ſuos tranſire ſucceſſores, eoſque obligat nempe quod juſtitiæ ac rationis ordo ſuadet ut qui à ſucceſſoribus ſua mandata ſervari deſiderant prędeceſſoris ſuæ voluntatem cuſtodiant niſi tamen enormiter perjudicetur ipſi dignitati, Peckius *ad c. decet conceſſum de reg. jur. in 6. nu. 6. 7. & 8.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 734.

Nu. 6. Adde quod ſtatutum obligans patrem pro filio qui negociatur exaudiendum eſt, pro contractibus factis in territorio ſtatuentis; pro contractibus porro initis extra territorium pater non obligatur ac ſtatutum quam ſtrictius poteſt, accipiendum quippe odioſum & juri contrarium, at ſi ſtatutum diceret, quod pater teneretur ex contractibus ubique locorum factis, valeret utique, quia agit in perſonam ſubjectam, & quod conſequens eſt ubique effectum extendit quia in actibus privatorum non curatur territorium *Molin. ad Decium conſ. 359. nu. 2.*

Conſil. 735.

Nu. 4. An ex diviſione debeatur laudimium, ſunt qui diſtinguunt inter cohæredes legatarios & donatarios, quos neceſſitas rei ad communionem adducit, eoſque à laudimio immunes eſſe, ut judicatum refert Charondas *reſpon. lib. 7. c. 207. Choppin. in conſuetud. Andegaven. lib. 1. c. 4. Maynard. lib. 4. c. 5.* & inter ſocios qui ex conventione & voluntario contractu ſocietatem contraxerunt, eoſque laudimia ſolvere debere *Capel. Toloſ. quaeſt. 75.* quod tamen reprehendit *Molin. ad conſuetud. Pariſien. §. 22. nu. 69. & §. 55. gl. 1. nu. 154.* vide late Tiraquellum *de retraict lignag. §. 1. gl. 14. & Ferror. ad Guid. Papæ q. 48.*

Conſil. 748.

Nu. 1. Adde quod licet ille ex cuius pecunia dimiſſus eſt creditor anterior citra conventionem actionem non habeat, habet tamen retentionem, ſi poſſideat: *latè Neguſant. de pign. membro tertio part. 5. Faber in ſuo Codice lib. 8. tit. 9. de his qui def. 7.*

Conſil. 750.

Nu. 12. Adde *Magon. deciſ. florent. 3. nu. 12. Surdum deciſ. 209. nu. 8.*

Consil. 753.

Nu. 4. Adde quod educationis materia eſt adeo arbitraria ut Iudicibus permittatur à teſtatoris voluntate recedere *l. 1. D. ubi pupill. educari deb. Afflictus deciſ. 183. & Baldus conſ. 487. vol. 5.* quem in hac materia conſulendum eſſe monet Vincent. de Franchis *deciſ. 350.* ſed an maritus poſſit teſtamento uxorem privare legitima tutela ſuæ prolis? & licet expreſſè tutelam matri auferre non poſſit per indirectum tamen poteſt providendo filio de alio tutore quia lex matrem dativis & Legitimis tutoribus præfert teſtamentarijs non item *Peck. de teſtam. conjug. lib. 2. c. 16.*

Conſil.761.

Nu. 1. Adde quod locatio cum hypotheca ſive generali ſive ſpeciali, quoniam per eam conductor, in re jus ſibi ſervat pro contractus obſervantia, emptorem & quemlibet ſingularem ſucceſſorem ad locationem ſervandam obligat ut ultra *DD. in l. emptorem* C. *locati, Molin. ad conſuetud. Pariſien. tit. 1. §. 30. nu. 94. Oſaſch. deciſ. 156. latè Tiraquellus de retract. commentio. §. 3. gl. unic. nu. 4.*

Conſil.763.

Nu. 3. & 4. Interpretum maximè celeberrimorum ſententia eſt, liberos in conditione poſitos non eſſe in diſpoſitione, ut noviſſimè præ alijs *Faber. conjectur. lib. 17. cap. 19 & de error. prag. decad. 26. error. 2. 3. Cuiacius ad l. lucius D. de hered. inſtituend. ex practicis inter alios Mantia de conject. 2. ult. volunt. lib. 11. tit. 2. & tit. 3. Menoch. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. Clarus de teſtam. quæſt. 77. Boer. quæſt. 155. Cotta. in memorabili in verbo filij.*

Conſil. 764. & 786.

Nu. 13. vide hanc concluſionem declarantem Menochium de præſumpt. *lib. 4. præſumpt. 167. per totum.*

Digitized by Google

bus Scabinis & Magiſtratibus præcipiat, aliud ne faciant, ſive fieri permittant, magis eſt ut tacitè ſaltem omnibus iſtius modi ſtatutis derogatum eſſe cenſeatur, maximè ſi adjecta ſit clauſula certæ ſcientiæ, quam cum non ad privatam ſupplicantis utilitatem, ſed ad commodum publicum additur vim derogationis habere ex Ioanne Croto notat Peckius *de amortiſat. bono. c. 36.*

Conſil. 772.

Nu. 5. Adde verius eſſe ex objectione ſolutionis induci confeſſionem debiti *l. quinquaginta D. de probatio.* quia nemo præſumitur indebitum ſolvere *l. cum de indebito D. eodem.*

Conſil. 775.

Vide notata ad conſ. 111.

Conſ. 776.

Nu. 13. *Adde conſ. 62. nu. 2. conſil. 418. num. 1. conſ. 568. nü. 2. conſ. 649. conſ. 667. num. 1.* & Menoch. hoc conſil. citantem *lib. 4. præſumpt. 201. nu. 97. & ſeq.*

Conſil. 777. & conſ. 778.

Vide notata ad conſ. 647.

Digitized by Google

Verba enim illa ſecundum jus commune exaudienda & temperanda ſunt, quo cavetur illa tantum in dotis repetitionem venire quæ non ſunt infructu *l. uxori uſufructu D. de uſufruct. legat. l. divortio §. ſi vir D. ſolut. matrim.* & contrahentium voluntas præſumitur legi conformis *l. quaro §. inter locutore in D. locati l. ſi duo D. de acquir. hared.* quod maxime, procedit in hac hypotheſi ubi præter, reditus hos annuos Catharina nihil ferme bonorum ex quibus aliquis fructus niſi perexiguus ſperari poſſet, in dotem dedit, unde ad perferenda matrimonij onera ſaltem annuos, reditus matrimonio conſtante perceptos à generali reſtituendæ dotis promiſſione eximendos eſſe, æquitatis norma evincit *L. pro oneribus C. de jure dotium*, & manifeſtum eſt æquitate ſuadente verba contrahentium quantumvis generalia reſtringenda eſſe *L. creditor. § . Lucius D. mandati. L. ſi libertus ita juraverit D. de oper. libert.* accedant ob materiæ affinitatem quæ aliquando in cauſa non planè abſimili in commentariolo noſtro manuſcripto de bonorum ſocietate inter conjuges & pactis ſuper eadem conventis pertractavi: Si alter conjugum inter alia bona redditus ad vitam conſtitutos quos nos vitales vocamus matrimonio intulerit & pacto ſponſalitio bona illata ſoluto matrimonio, ſibi aut ſuis hæredibus reſervaverit an redditus hujuſmodi conſtante matrimonio percepti communioni cedant, num vero ſoluto matrimonio reſtituendi ſint, variè agitata eſt quæſtio, & quidem hujuſmodi reditus communioni cedere nec reſtitutioni ſubjacere, videtur illud evincere

cri tamen proprietate manente apud hæredes mariti *Bald.in L.1.C.de fruct. & lit. expen.* quem ſequitur Caſtren. *in d.§.ſi vir in fundo* nec obſtare videntur argũmenta contra adducta negare enim poſſet eandem rationem vigere in reditibus vitalibus quæ ſub eſt in fructibus naturalibus , aut redditibus perpetuis,immo rationem eſſe longe diverſam, cum hi renaſcantur,illi conſumantur, ideoque hos eſſe in fructu, illos non item, nec eſt quod ſi maritus redditibus vitalibus ad perferenda matrimonij onera non potiatur abſurdum intellectum admittamus, quaſi dos illi eſſet inanis, cum maritum matrimonium ineuntem, aut non latuerit, aut latere non debuerit redditùum vitalium eam eſſe conditionem, ut cum perſona intereant & quod conſequens eſt illos ſolummodo eſſe in fructu, quoad poteſtatem fruendi, non quoad proprietatem, aliter enim poſito jure abſurdius quid inde reſultaret mulierem nempe reditus vitales marito in dotem dantem, ſoluto matrimonio fieri indotatam, quod juri ſcripto & publicæ utilitati repugnat, L. ſi convenerit l. Pomponius D. de pact. dota. quod abſurdum magis eluceſcit, ſi ponanius maritum ducentos annuos redditus perpetuos matrimonio intuliſſe, mulierem quadragintos eoſque vitales in dotem dediſſe,ſi matrimonium decem annis conſtiterit deinde morte mulieris ſolutum fuerit, vir ſuperſtes (præſupponimus pactum quo bona utrinque allata, quoad ſortem à communione exempta ſunt) ſortem ducentorum redditùum auferet, mulieris verò hæredes totius ſortis jacturam facient, atque

munioni cedere, neque eo ſoluto repetitioni locum eſſe, quam etiam ſententiam amplectitur Petrus Zans d. loco.

Conſil. 784. & conſ. 786.

Vide notata *ad conſ. 730. nu. 12.* & adde Vincentium de Franchis *deciſ. 283.* & Fabrum in ſuo codice, *lib. 6. tit. de legat. definit. 8. & 19.*

Conſil. 785.

Vide notata *ad conſ. 1.*

Conſil. 788.

Nu. 4. Adde Surdum *deciſ. 189.*

Conſil. 789.

Nu. 1. Adde an condemnatus ad reſtituendam rem cum fructibus teneatur reſtituere fructus perceptos ex meliorationibus per poſſeſſorem factis? Vincent. de Franchis *deciſ. 605.* & Fabrum in ſuo codice *lib. 7. tit. 18. de fructib. & litium expenſis defin. 19. & 25.*

Conſil. 790.

Nu. 6. Adde Vallam de rebus dubijs *tractatu primo num. 9.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 796.

Vide notata ad *conſ.1.*

Conſil. 799.

Num.1. hæc Cravettæ ſententia procedit, quotieſcunque debita neceſſaria ſunt, pro quibus etiam feudum ipſum poſt dotem traditam alienari potuiſſet ſecus quando ſumus in debito voluntario & ex facto & culpa vaſalli nulla cogente neceſſitate contracto quia tunc daretur uxori revocatio pro dote nec poſſet ad bona feudalia adſpirare, ut huius conſilij memor notat Teſſaurus *lib.2.quæſt.76.*

Conſil. 800.

Nu.5. Adde Manticam *de conjecturis ultim. volunt. lib.8.tit.13. Menochium lib.4.præſumpt.88.*

Nu.9. an privilegium conceſſum familiæ, comprehendat etiam fœminam nuptam, vide Rebuffum *in l.pronunciatio §.mulier autem D.de verb. ſignific.* ſi tamen extat ſtatutum quo fœminæ excluduntur exiſtentibus maſculis, hoc caſu ſub nomine familiæ, non continentur fœminæ, donec maſculi ſuperant, ut docet Menochius *dicta præſumpt.88.nu.4.*

Digitized by Google

Conſil. 803.

Nu.1.& ſeq.an Vaſallus contra Dominum prȩſcribere poſſit ſtante fidelitatis juramento vide *Surdum deciſ.3.*

Conſil. 804.

Adde conſ.1000.& Fachineum lib.7.c.18.& 19.

Conſil. 805.

Nu. 3. an abſenti per Notarij ſtipulationem jus ex donatione quæratur? anceps eſt quæſtio,& quam Senatus Pedemontanus ex diametro contrarijs definivit ſententijs : Oſaſcus etenim ſecundus Senatus Præſes *deciſ.35.* ex ſtipulatione Notarij jus & actionem abſenti acquiri etiam ante ratificationem aſſerit. Teſſaurus contra *deciſ.70.* licet concedat donationem abſenti factam ſtipulatione Notarij interveniente valere quidem, ſed poſſe quandocunque ante donatarij ratificationem revocari, & donantem poſſe, rem donatam alij donare, vel aliter de ea diſponere ex authoritate Senatus affirmat idemque repetit & declarat *deciſ.124.* & in eam ſententiam citat Molinæus notata ad Decium *in L. 1. C. de pact. & Tiraquellum in tractatu de conſtitut. poſſeſſor.* *eamque probat Fachin. lib.8.c.91.& lib.12.c.38.*

Conſil. 808.

Nu. 3. Adde eundem *conſ. 790.*

Conſil. 809.

Nu. 1. adde an probans ſemiplenè ita ut locus ſit juramento ſuppletivo obtinere debeat in expenſis? *Teſſau. deciſ. 236. Crivell. deciſ. 10.*

Conſil. 810.

Num. 2. Adde Menochium latè hanc quæſtionem tractantem *lib. 3. præſumpt. 146.*

Conſil. 812.

Num. 2. Adde quod donatarius quotæ bonorum tenetur pro rata ad debita & poteſt à creditoribus conveniri, ut contra Decium cenſet Molin. in annotat. ad Decium *conſ. 237. nu. 3.*

Conſil. 813.

Adde eundem *conſ. 773.*

Conſil. 814.

Nu. 5. an jus exigendi vectigal præſcriptione acqui-

quiratur vide Modeſtinum Piſtorium *conſ. 6. lib. 2.*

Conſil. 815.

Vide notata *ad conſ. 7.*

Conſil. 816.

Nu. 1. ſic maritus qui in donatione propter nuptias uxori impoſuit & cum pauper inopſque eſſet pro divite & potente ſe jactavit lucro dotis privatur *Bald. conſ. 285. lib. 1. Roland. de lucro dotis quæſt. 64. nu. 11. Boer. deciſ. 22. Afflictus deciſ. 242 Peck. de teſtam. conjug. lib. 2. c. 5. num. 3.* ibique ridet ſtultam vulgi næniam, qua dictitant patrem ſponſi multa temere poſſe polliceri: **met een man machmen loven/maer met een bruyt moetmen geven.** Sed Senatus Hollandiæ rem ſecus intelligens cum matrimonium intra decennium mariti morte ſolutum eſſet & frater mariti hæres ſolutionem quantitatis quam maritus matrimonio inferre promiſerat, non probaret, eum promiſſam quantitatem cum uſuris hæreditati inferre vel pati ut tantundem à muliere præcipiatur, condemnavit *Neoſtad. Rerum judicatarum. obſer. 11.*

Conſil. 817.

Vide notata *ad conſ. 477.*

Digitized by Google

Conſil. 819.

Nu. 1. Adde *Covarru. ad reg. poſſeſſor. malæ fidei de reg. jur. in 6. Menochium latiſſimè de recuper. poſſeſſ. remed. 15. & poſt eum Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1321.*

Conſil. 820.

Contra hoc Cravettæ reſponſum ſtat frequentior & receptior. D.D. ſententia, nempe cum quis uxorem in uſufructu hæredem inſtituit, alio poſt eius mortem hærede inſtituto, eam adhibendam eſſe interpretationem, ut uxor uſumfructum habeat donec vixerit, alter vero qui poſt mortem inſtitutus eſt cenſeatur ſub conditione inſtitutus & ſiquidem uxori uſufructuariæ ſupervixerit, hæreditatem conſequatur, ſi præmoriatur hæreditas ad creſcat uxori inſtitutæ in uſufructu quod & menti teſtatoris & juri conſonum videtur, ex eo quod teſtator uxorem in uſufructu hæredem eſſe voluit, & alteri poſt mortem uxoris inſtituto ſub conditione hæreditatem dederit, & certiſſimi juris ſit hæredem ſub conditione inſtitui poſſe *L. filius à patre D. de liber. & poſthum. §. hæres, J. de hæred. inſtituend.* atque hanc ſententiam tuetur Fachinæus *controverſ. lib. 4. cap. 16.* quod ſi uxor in ſolo uſufructu hæres inſtituta ſit donec vixerit, nemine poſt eius mortem hærede nuncupato, magis eſt detracta temporis & vitæ mentione eam purè hæredem

Digitized by Google

dem cenſeri, perinde atque ſi ex certa re hæres inſtituta fuiſſet,quo caſu ſublata rei mentione ex aſſe hæres intelligitur *l.1.§.ſi hæres ex fundo D.de hæred.inſtituend.* quibus adjice ſi uxori legatus fuerit omnium bonorum uſusfructus, alio poſt eius mortem hærede inſtituto quamvis ſi rigidè ad juris normam hujuſmodi legati diſpoſitio examinetur; ſubſiſtere non poſſit, cum hæreditas ex voluntate teſtatoris non queat adiri, niſi poſt mortem uxoris & manifeſtum ſit legatum uſusfructus non cedere niſi ex die hæreditatis *L.2.C.quando dies legati cedit. L. unic. §. in noviſſi.C.de caduc.tollend.* unde conſequitur legatum ob repugnantiam præſtari non poſſe,res tamen ita temperanda eſt, ut hæres pure inſtitutus videatur detracta temporis mentione *L.hæreditas ex die D.de hæred. inſtituend.* & ſic uxor ut legataria ab hærede conſequetur uſumfructum *Fachin.lib. 4. c. 14. & 18. adde Herbaium rerum quotidian.c.7.*

Conſil. 821.

Nu. 1. adde quæ ſint Legitima indicia ad inquiſitionem ſpecialem contra aliquem de crimine inſtituendam vide Menoch. *lib. 1. præſumpt. 88. Farinachium qui arbitrio iudicis remittit de inquiſit.q.1. Fachinæum lib. 9.controverſ.c.15.*

Conſ. 822.

Nu.4. juxta hanc Cravettæ ſententiam in favorem

 filiæ

Digitized by Google

filiæ pronunciavit Senatus Pedemontanus, ut teſtis eſt *Teſſaur. lib. 2. quæſt. 11. & probat Molin. ad Decium conſ. 467. & conſil. 798.*

Conſil. 823.

Adde eundem *conſ. 384. nu. 9. conſ. 455. nu. 14.*

Conſil. 825.

Nu. 2. duabus concluſionibus hanc rem explicat Fachinæus. *lib. 8. controverſ. c. 20.* quarum prima eſt: ad acquirendam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium, ſi adſit titulus & bona fides, ſcientia & patientia non requiritur. Altera eſt: ſi titulus juſtus deſit, neceſſaria eſt ſcientia & patientia adverſarij illa enim ſubit vicem tituli *lib. 2. C. de ſervit. & aqua L. 1. D. de ſervitut. ruſtic. prædi.*

Conſil. 826.

Nu. 2. Oppoſitio de jure tertij quando valeat, & an in petitione hæreditatis in ſolidum per cohæredem inſtituta, poſſit opponi de jure alterius cohæredis? vide Teſſaur. *deciſ. 4.*

Conſil. 827.

Nu. 5. Redditur inſtrumentum præcipuè de falſo ſuſpectum, ex re ipſa quando eſt cancellatum vel raſum

Digitized by Google

ſum in parte ſubſtantiali *Abbas in c.fin.de crimin.falſi Bald.in l.ſi veritas C. de fideicommiſ.* deinde ex ipſa ſerie & lectura, puta quando continet non veriſimilia ut in caſu Decij *conſil.175. Cravett.conſ.134. Nat. conſ.633.* item quando teſtes ſunt mortui & inſtrumentum non eſt antiquum, vel ſi inſertæ ſint clauſulę inſolitæ, plures conjecturas enumerat *Menoch. de præſumpt.lib.5.præſumpt.20. idem de arbitra. Judic. caſu 187.nu.34.& ſeq.*

Conſil. 830.

Nu. 1. Arma & cognomen deferre alicuius an quis gravari poſſit? & multa de inſignijs armis, cimerijs *vide Teſſaurum deciſ.270.*

Conſil. 831.

Adde eundem *infra conſ.877.*

Conſil. 832.

Num.2.hinc in facti ſpecie Gaſpari Teſſauro propoſita qua Dominus volens recognoſcere grata ſervitia erga familiarem ſuum eidem donavit ſine ſcriptis ſummam aureorum centum annuatim ſolvendã, & ut effectum ſortiretur donatio,locavit eidem quędam prædia, aureis trecentis, ſingulis annis ab eodem conductore ſolvendis in cuius locationis inſtrumento aſſeruit idem Dominus ſe contuliſſe in

conductorem donationem aureorum centum, concedens eidem facultatem de capienda ſumma ſuper aureis trecentis, fuit quæſitum an hujuſmodi verba enunciativa probent donationem? & quamvis hæres donantis aſſerebat, verba illa enunciativa non probare donationem, quia non inducunt diſpoſitionem *l.publia §.ult. D.deſpoſiti.* contra tamen pro donatario Teſſaurus *quæſtionum forenſium lib.2. quæſt. 60.* concludit quippe quod verba illa enunciativa prolata eſſent inter præſentes circa actum de quo poterant diſponere *ex notatis per Bart. & alios in l. optimam* C. *de cotrah.& committen. ſtipulat.* præſertim cum eſſent prolata per modum cauſæ, ut in ſpecie non abſimili firmant, *Afflict.deciſ.83. Oſaſc. deciſ.183. & alij ibidem adducti.*

Conſil. 834.

Vide notata *ad conſ.295.nu.4.*

Conſil. 835.

Vide notata *ad conſ. 79. & adde Annæum* Robertum rerum judicata *lib.2.c.12.*

Conſil. 836.

Vide *notata ad conſ. 47. & adde Surdum deciſ. 298.*

Conſil.

Conſil. 837.

Num. 1. Adde quid ſtatuendum ſit de ſuo hærede, qui poſteaquam ſe tutore autore immiſcuit, vult abſtinere, *Fab. de error. pragmatic. decad. 3. error. 5.*

Conſil. 839.

Nu. 1. & ſeq. Adde quæ de tertio poſſeſſore rei à minore alienatæ & per in integrum reſtitutionem petitæ notat Faber *de error. prag. decade 7. error. 2.*

Conſil. 841.

Adde *conſ. & ibi notata 923. & conſ. 859.*

Conſil. 842.

Num. 7. in fin. an ædificans ſpreta novi operis denuntiatione, qui deinde cum adverſario litem ſuper principali negotio conteſtatus eſt, ſcilicet an liceret ædificare nec ne? ante omnia ædificium demoliri debeat & in eum competat interdictum de opere demoliendo, priuſquam de ipſo principali negotio, hoc eſt jure ædificandi cognoſcatur *vide Iaſ. ad L. 1. nu. 13. in 4. limitat. D. de oper. novi nunciat.* qui de toto principali negotio prius cognoſcendum eſſe affirmat *contra tenet Menoch. de recuperand. poſſeß. remedio 17. nu. 37.* quem ſequitur Fachin. *l. 8. controv. c. 45.*

Digitized by Google

Conſil. 843.

Adde *conſ.453.nu.1.& conſ.914.nu.7.*

Conſil. 844.

Num. 8. an ſtatutum ne maritus leget uxori contineat maritum forenſem? controvertit Peckius *de teſtam. coniug. lib.4.c.30.*& concludit ſi in loco domicilij uxoris bona habeat,& inibi teſtando ei leget, nihil agit, quod ſi ibidem ei legaverit de bonis alibi ſitis cum neque perſona neque res legata ſtatuto ſubjaceant, magis eſt legatum valere quod & procedit licet ſtatutum primario reſpiciat perſonam, veluti in caſu quo ſtatutū requirit conſenſum mariti in uxoris teſtamento ad ſupplendam imbecillitatem conſilij muliebris nihilominus teſtamentum illud ſine conſenſu mariti factum, quantum ad bona in territorio ſtatuentium ſita corruet, in alijs vero validum & efficax erit, *ut notat idem Peck. lib.3.de teſtam. conjug.c.17.*& deciſionis rationem colligere eſt ex Nicolao Burgundio ad *conſuetud. Fland. tract. 1. num. 11.* quia nempe teſtator ex diverſitate patrimoniorum aliam atque aliam perſonam repræſentat. *ex Bald.in L.ſi arrogator. D.de adopti.Corneo conſ.85*.lib.3.& adde Teſſau, lib.2.rerum forenſ.c.5,& 8.

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 845.

Num.12. Vide notata ad *conſil. 682.*& adjice quod ſequuta evictione alicuius rei pro parte emptorem agere poſſe pro re tota,ac ſi tota res evicta fuiſſet *l.1. C.de rer.permut.gl.in l.1.§.unde ſi ea D.eod.* eo quod veriſimile ſit, quem non fuiſſe acquiſiturum partem tantum, quodque conſequutio totius rei cenſeatur finalis cauſa contractus, ut judicavit Senatus Pedemontanus apud *Gaſ. Teſſaurum in addit. ad deciſ. patris 102.* quibus adde quod in cauſa evictionis ſuccumbens non tenetur appellare ut contra Decium & alios tenet *Molin. ad Decij conſ. 74. nu.2.aſſerens eſſe communem ex Bart.in §.caia ex L.herennius D. de evicti.*

Conſil. 846.

Vide notata *ad conſ.890.*

Conſil. 848.

Vide notata ſupra *ad conſ.207.*

Conſil. 850.

Nu. 3. Licet id quod pater emit nomine filiorum, ijs eſſe debeat præcipuum temperatur tamen hæc concluſio, niſi pater poſtea mutaverit propoſitum etiam

etiam per verba generalia,puta quia poſtea condit teſtamentum & generalibus verbis omnia æqualiter dividi præcipit, *ut notat Bald.ad L. filiæ in 1. notal. C. famil.erciſcund.ſequitur Peckius de teſtam.conjug.lib. 2. cap.10.* ſic ſi pater filio emancipato aliquam pecuniæ quantitatem contulerit, ut ædificium in ſuo ſolo vel quid aliud conſtruat donatio præſumitur *ut Maſcard.concluſ.554.nu.92.& 53. Petrus Zans,de diviſione bonorum lib.3.cap.2.* adde an ſi pater habens filium ex prima uxore emerit conſtante ſecundo matrimonio prædium nomine ſui filij , eidemque prædium tradiderit,num tanquam præcipuum filio,an vero mulieri dimidia pars competat,ut quæſitum conſtante matrimonio?quam queſtionem proponit & cogitandam relinquit Chaſſanæ *ad conſuetud. Burgund. Rub. des droeis & appartent à gens marier. §. 2. in verbis & acqueſt.nu.20.* ſed cum ex Burgundię & Belgarum conſuetudine maritus & uxor in bonis acquiſitis ſocietatem habeant , quæ morte mariti uxori communicatur , neque maritus poſſit in ea uxori ſuæ fucum facere vel eam alteri donare ut notat Argentræus *ad conſuetud. Britanniæ art. 221.gl.4.* dicendum putaverim dimidiam prædij partem uxori jure communionis cedere,alteram filio ſalvam eſſe.

Conſil. 851.

Nu. 14. Adde diſtinctionem Alberici de Roſate in Rubrica *de muner. & honor.* quam in judicio ſæpius obtinuiſſe tradit Ranchinus *ad decis Papæ 87.* quæ ita habet:

habet: aut impoſitio tangit privatum inhabitantium commodum ut pro cuſtodia urbis, pro horologio reficiendo pro ſolvendis ſalarijs præceptorum & ſimilibus, & forenſes non tenentur, aut reſpicit commodum ipſarum poſſeſſionum, & eorum qui poſſident res aliquas, ut ad pontium, viarum, murorum, refectiones, & forenſes hujuſmodi oneribus adſtringi par eſt *facit tex. in L. per Bithyniam de immun. nemin. concede lib. 10. & L. omnes provinciarum. C. de operib. pub. & adde Teſſau. deciſ. 149.*

Conſil. 852.

Vide eundem exactè & ibidem annotata *ad reſponſ. 1002.*

Conſil. 853.

Num. 5. *adde quod L. fin. C. ſi maior factus loquitur in contractu facto per puberem minorem, ſecus ſi per eius curatorem eo abſente*, quod intellige de minore ſimpliciter non verè de pupillo minore quatuordecim annis, cuius reſpectu nulla unquam ratihabitio conſideratur, etiamſi tutor inter venerit, *ut notat Molin. ad Decium conſ. 209. nu. 4.*

Conſil. 854.

Num. 12. Adde quæ de exceptione rei non traditæ tractat Surdus *deciſ. 255.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 856.

Nu. 19. & 20. Adde hanc Cravettæ doctrinam in ſpecie probantem Menochium *lib. 4. præſumpt. 15. nu. 3. & eodem libro præſumptio. 86. nu. 11.*

Conſil. 857.

Vide notata ad *conſ. 827.*

Conſil. 859.

Num. 13. An publicatis bonis vaſalli feudum applicetur Fiſco Principis quoties ita conceſſum eſt, ut etiam ad hæredes extraneos per venire poſſit, an vero cedat Domino directo, variè agitatum eſt ſicut videre eſt apud Boſſium *de bonor. public. Peregrinum de jure & privilegio Fiſci lib. 5. tit. 1. Afflict. deciſ. 282. Boerium deciſ. 264. Hartmannũ Piſtoriũ quæſt. jur. l. 2. part. 1. q. 15. in quo DD.* conflictu mihi eorum ſententia verior videtur qui exiſtimant feudum Fiſco Principis, applicari, utpotè qui ob delictum contra eius ſive perſonam ſive ſtatum commiſſum vice hæredis in delinquentis locum ſuccedit, *L. 2. C. ad C. Iul. de republic. L. 1. C. de bonis libert. L. eorum D. ad l. Iul. maieſta.* juxta quam reſpondit Cravetta *conſ. 128. Curt. Iun. conſ. 4. nu. 20. Roland. à Vall. conſ. 29. nu. 17. Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed. 9. nu. 251. Farinacius plures adducens lib. 1. quæſt. 25. nu. 71.* quod maximè procedit in

feudis

Digitized by Google

feudis noſtratibus, quæ fermè cenſentur feuda franca & redacta ad inſtar patrimoniorum, in feudis tamen quæ veniunt ex providentia maiorum aliud ſtatuendum eſt, illa enim cum ſine Domini licentia & agnatorum conſenſu ad extraneos tranſire non poſſint, conſequitur eadem nec ad Fiſcum ſed ad eos qui ex inveſtitura invitantur, poſt delinquentis mortem devenire, *ut Clarus in §. feudum q. 84. Boſſius & Farinan. d. loco.*

Conſil. 861.

Secundum hanc Cravettæ ſententiam judicavit Senatus Pedemontanus ut refert *Teſſaurus deciſ. 26. & adde eundem Cravettam de antiq. tempo part. 4. §. circa premiſſa nu. 1. & 2.*

Num. 8. de plane ſimili ſpecie ſe uno anno bis reſpondiſſe refert Fachinæus *lib. 8. controverſ. c. 33.* Proponebatur quandam civitatem poſſediſſe rem alienam tempore longiſſimo, memoriamque hominum excedente, quæ titulum habebat, nec idoneum ad dominij tranſlationem nec ad uſucapiendi conditionem, puta locationis, & quærebatur an cum in mala fide eſſet, eo quod ex dictis cauſis intelligere poterat ſe poſſidere rem alienam, præſcriptione tamen ſe defendere poſſet? & concludit non poſſe, quam ſententiam & amplexus eſt *c. 26. libro eodem.*

Conſil.

Conſil. 862.

Vide notata *ad conſ.827.*

Conſil. 863.

Adde *conſ.13.nu.3.*

Conſil. 864.

Nu. 6. Licet omnium bonorum donatio valeat reſervato aliquo de quo donans diſponere poſſit, tamen hujuſmodi ſumma reſervata, reſpectu bonorum & qualitatis perſonæ notabilis eſſe debet & non contemnenda ut communiter obſervari tradit *Molin.ad Decium conſ.251.nu.2.*

Conſ. 865.

Nu.3. An ſtatutum excludens dotatàm à ſucceſſione, excludat eam à Legitima vel eius ſupplemento? quam quæſtionem vide ſub diſtinctione tractantem Teſſaurum *quæſt.forenſ.lib.2.quæſt.68. Graſſum in §.Legitima quæſt.3.nu.6.vivium.deciſ.541.*

Conſil. 867.

Adde eundem *conſ.897.& 947.*

Conſil.

Conſil. 868.

Num. 1. hinc in criminal. cauſa proponit Colerus *deciſ. 235.* an mulier confitens ſe commiſiſſe adulterium, adultero idipſum negante, ex ſola confeſſione, alijs indicijs non concurrentibus ſit morti tradenda? quod licet prima fronte videatur *per L. denunciaſſe §. quaritur D. de adulte.* præſertim cum huiuſmodi crimen ſit ex occultis, contrarium tamen obtinuit in praxi nunquam ſcilicet reum ad mortem condemnari ex ſola confeſſione *Marſil. in praxi crimin. § postquam nu. 48.* cuius ſententiam probat Clarus. *lib. 5. ſentent. § fin. nu. 10. Adde Teſſaur. lib. 2. quaſt. foren. cap. 35.*

Conſil. 869.

Nu. 2. Adde poſſe quem propter timorem mortis & depopulationis ſervire inimicis domini & ijs jurare fidelitatem, ut tradit Paulus Caſtren. *conſ. 3. lib. 2. Imola conſ. 54.* ſic antiqui Reges Galliæ urbibus quas defendere non poterant, eas hoſtibus cedere permittebant malentes veri parentis more eas ſic ſalvas eſſe, quam perire, *ut notat Molin. ad Decium conſ. 604. num. 8.*

Conſil. 870.

Num. 8. vide ad hujuſmodi ſtatuti declarationem

Gaſp. Teſſau. lib. 2. quæſtio. forenſ. c. 48. & eundem in addit. ad Patris deciſ. 184.

Conſil. 871.

Vide notata ad *conſ. 861.*

Conſil. 872.

Adde Robertum Annæum rerum judicatar. *lib. 2. c. 2. & vide Teſſaurum deciſ. 164. & Gaſparum in annotat. & Oſaſcum deciſ. 86.*

Conſil. 874.

Vide notata ad *conſ. 150.* & adde Surdum, an confeſſio quod habuit mutuo ſed reſtituit, dividi poſſit? & teſtatur Senatum pronunciaſſe confeſſionem dividi non poſſe *deciſ. 258.*

Conſil. 875.

Nu. 2. ſed an ſocietas ſuper locatione inita in hæredem tranſeat ſaltem quoad damnum aut lucrum quod ob ſocietatem morte unius diſtractam obvenit? vide Crivell. *deciſ. 8.*

Conſil. 878.

Adde eundem Cravettã *conſ. 437. & Oſaſcũ conſ. 55.*

Conſil.

Conſil. 879.

Nu.2.& 9. Verius eſt dare remedium redintegrandæ quando contractus eſt nullus ob non ſervatas juris ſolemnitates *ex l. magis puto, §.1. D. de rebus eorum ubi. J. c. definit.* ſi pupillus fundum bona fide emptum poſſideat, dicendum eſt nec hunc alienare tutores poſſe ubi tamen non alienatur fundus, ſed poſſeſſio, & tamen textus dicit alienari non poſſe ut notat Fachinæus *lib. 12. controverſ. c. 57.* atque hanc ſententiam ſequutus eſt idem Cravetta *conſ. 248. nu. 6. & in reſpon. pro genero num. 214. & conſ. 476. num. 1. & 553. num. 3.*

Conſil. 880.

Vide notata *ad conſ. 30. conſ. 695. & adde Teſſaur. deciſ. 106.*

Conſil. 881. & 882.

Adde eundem *conſ. 434. num. 6. & 7. conſ. 592. conſ. 615. nu. 1. & 13. conſ. 673. & conſ. 945.*

Conſ. 883.

Adde eundem *conſ. 527. conſ. 591.* & quod reſpondenti competat interpretatio *conſ. 384. nu. 9. & conſ. 455. nu. 14. Surdum deciſ. 291.*

Conſil. 884.

Nu. 3. vide notata *ad conſ. 326.*

Conſil. 885.

Nu. 2. vide eundem *conſ. 130. num. 6.* & adde Menochium *lib. 4. præſumpt. 76. nu. 48. & 87.*

Conſil. 886.

Num. 2. licet diverſæ ſint ſententiæ an teſtibus ex univerſitate credendum ſit, tamen verior eſt quod ſtetur judicis arbitrio, ut late Menochius *de arbitra. Judic. lib. 2. caſu 106. Cravetta de antiq. temp. part. 1. num. 18. & 25. Teſſaur. quæſt. 10. foren. lib. 2. quæſt. 37. num. 7.*

Conſil. 887.

Num. 2. juxta hanc Cravettæ ſententiam Senatum Pedemontanum ſæpius pronunciaſſe refert *Teſſaur. deciſ. 174.*

Conſil. 888.

Nu. 1. adde an pupillus ex contractu tutoris conveniatur? *Surdum deciſ. 297.* & an teneatur ſtare colono deputato à tutore *eundem deciſ. 299.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſ. 889.

Vide notata *ad conſ.*853.

Conſil. 890.

Nu.9.an remedium *L.ult.C.de acquir.poſſeß*.extinguatur per mortem illius, qui ſe creditoris vel alterius nomine poſſidere conſtituit, vide Menochium *de recuperand.poſſeß.remedio 14.nu.64.& ſeq.*

Conſil. 891.

Adde *eundem conſ.867.conſ.897.conſ.947.*

Conſil. 892.

Adde *conſ.487.nu.7.conſ.594.nu.1.*

Conſil. 893.

Nu.1.vide Surdum *deciſ.259.nu.3.7.8.& ſeq.*

Conſil. 895.

Adde *eundem conſ.425.num.76. & 80. conſ.673. num.12.*

Digitized by Google

Conſil. 896.

Vide notata ad *conſil.861.*

Conſil. 897.

Vide ſupra *ad conſ.891.*

Conſil. 898.

Nu. 13. & 26. juxta Cravettæ ſententiam poſt exactam quæſtionis examinationem & argumentis utrinque perpenſis, in favorem ſubſtituti Senatum Pedemontanum judicaſſe teſtis eſt Teſſaurus *deciſ. 127. ubi & doctè & copiosè rem pertractat.*

Conſil. 899.

Adde eundem *conſ.448.nu.2.& 3. conſ.775.nu.9. conſ.941.nu.9.conſ.967.nu.5.*

Conſil. 900. & 901.

Vide notata *ad conſ.853.conſ.943.*

Conſil. 902.

Num.2. *Adde Surdum deciſ.154.& Teſſaurum deciſ.32.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſ. 903.

Adde *conſ. 739. nu. 6. conſ. 679. nu. 7. conſ. 685. num. 1.*

Conſil. 904.

Nu. 11. adverte quod *l. cum avus D. de condit. & demonſtrat.* non habet locum in legato particulari ut eſt verior Alberici ſententia *in l. cum acutiſſimi C. de fideicom.* nec obſtat *§. cum autem ex L. generaliter, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* quia loquitur in legato, in quo filius eſt inſtitutus & in quo toto ſubſtitutio facta eſt, ſecus ſi in parte vel re modica ut notat Decius *conſ. 581. & Molin. ibidem.*

Conſil. 905.

Nu. 8. An mulione vel nauta non ſolvente gabellam, merces cadant in commiſſum, in Senatu Pedemontano agitatum eſſe refert Gaſpar *Teſſaur. lib. ſingul. quæſt. foren.* Publicanus vigebat generalem conſuetudinem ubivis gentiũ fermè obſervatam de qua teſtatur *Bald. in L. cum proponas C. de nautic. fœno.* Mercatores contra defendebant, nautas vel muliones qui vehendas ſuſcipiunt merces non potuiſſe illas damno commiſſi afficere, utpotè quæ non erant propriæ nec in dominio illorum conſtitutæ, ſed poſſe publicanum adverſus conducentes agere ad æſtimationem & ita in terminis tenet Cumanus conſ. 5. Sed pro

Digitized by Google

publicano contra Mercatores Senatus pronunciavit.

Conſil. 906. & 907.

Vide notata *ad conſ.527.*

Conſil. 909.

Adde eundem *conſ.735.num.4.conſ.788.nu.8.conſ. 869.*

Conſil. 911.

Vide notata *ad conſ.201.*

Conſil. 912.

Adde eundem infra *conſ.926.*

Conſil. 913.

Nu.4.hinc concludit.Præſes Everard.*conſ.8.* datis in dotem bonis feudalibus poſſe ex poſt facto dominum alienationi conſentire etiam ad requiſitionem ſolius generi, porro quando in actu aliquo intervenire debeat expreſſus conſenſus,quando tacitus ſufficiat, vide Peckium *de teſtam.conjug.lib.3.c.3.* & an qui præſens eſt & non contradicit juri ſuo renunciare cenſeatur *Robert.Anna.rerum judicat.lib.4.c.14.*

Conſil.

Conſil. 914.

Nu. 2. Adde eundem *conſ.857.nu.10.& 941.nu.12.*
Nu. 6. licet teſtes domeſtici vel familiares plenam non conſtituant probationem, poteſt tamen producenti deferri juramentum ſuppletorium Curt. Brugen.*lib.2.tom.2.c.19.*

Conſil. 915.

Vide quæ notavi *ad conſ.252.*

Conſil. 916.

Num. 3. Adde eundem *conſ.592.num.19.conſ.642.num.13.*

Conſ. 917.

Nu. 11. hoc reſponſum citat Teſſaurus *deciſ.211.* & Senatum ſecundum hanc opinionem judicaſſe refert.

Consil. 918.

Nu. 2. verior eſt opinio quando Princeps vel eius comes Palatinus quovis in loco exiſtens Legitimavit ſibi non ſubditum, reſpectu etiam bonorum extra ſuam ditionem ſitorum, hujuſmodi Legitimationem

non valore *Afflict.deciſ. 128.nu.4. Alexander, conſ. 67.lib.1. & conſ.11.lib.7. & alij quos adducit Menochius lib.4.præſumpt.79.nu.61. & ſeq.*

Conſil. 919.

Nu.2.& 3.vide quæ notavi *ad conſ.892.*

Conſil. 920.

Nu.5.*vide ſupra ad conſ.916.*

Conſil. 922.

Nu.2.vide notata *ad conſ. 167,*

Conſil. 923.

An & quando cogitationis pœnam quis in crimine læſæ maieſtatis patiatur, & an ex ſimplici tractatu infligatur pœna ordinaria? vide exacte Gaſparem Teſſau. *lib.2.quæſt.forenſ.q.25.*

Conſil. 924.

Num.1. Adde caſum quem refert Teſſaur. *lib.ſing. quæſtio forenſ. q. 27.* Titius apud Seium amicum res mobiles depoſuerat, Seius peregre profecturus dubitans de incendio, peſte vel furto, non admonito deponente, repoſuit nominè depoſiti res depoſitas in apo-

Digitized by Google

apotheca cuiuſdam ſui vicini, ut res tutior eſſet, abſente tamen Dominò apothecæ, ſed inſtitore præſente & recipiente. Mortuò Seio primo depoſitario deponens convenit illius hæredes ad depoſiti reſtitutionem: Conventi excipiunt non extare apud eos depoſitum, & eſſe paratos cedere actionem contra ſecundum depoſitarium: quærebatur an per actionis ceſſionem, hæredes ſint liberandi? Senatus non obſtantibus allegatis à Teſſauro condemnavit hæredes primi depoſitarij ad depoſiti reſtitutionem, reſervato illis jure contra ſecundum depoſitarium. Porro an agens depoſiti depoſitario defuncto & relicto hærede cum beneficio legis & Inventarij ſit cogendus ire ad generalem diſcuſſionis inſtantiam vide exactè Fabrum *de error. pragm. decad. 2. error. 1.*

Conſil. 925.

Nu. 16. Adde Menochium huius conſilij memorem *lib. 4. præſumpt. 16. nu. 3. & ad materiam vide Surdum deciſ. 230.*

Conſil. 926.

Adde eundem *conſ. 910.*

Conſil. 927.

Nu. 1. vide Menoch. *dicta præſumptione 16. num. 2. hoc conſilium citantem.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 928.

Adde eundem ſupra *conſil.919.*

Conſil. 930.

Adde notata *ad conſil.827.*

Conſil. 931.

Nu.8.ſed quæ ſit differentia judiciorum bonæ fidei & ſtricti juris in re debita per juſiurandum in litem æſtimanda? conſule Fabrum *de error.pragmatic. decad. 17.erro.6.& vide eundem decade 18. erro.9.* ubi Iudicum morem, qui quoties juramentum in litem defertur taxare ſolent certam quantitatem intra quã juretur, & quam excedere is qui jurat nullo modo poſſit, à juris ratione alienum eſſe contendit.

Conſil. 932.

Nu.1.ad intellectum *l.admonendi D.de jurejur.vide eundem conſ.408.nu.30.*& inſtrumento ſolutionis reperto poſt judicatum quomodo ſuccurratur condemnato? vide Vallam *de rebus dubijs tract.16.num.3.*

Conſil. 933.

Adde eundem *conſil.951.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 934.

Vide quæ notavi *ad conſil. 695. nu. 1. conſ. 734. nu. 6.*

Conſil. 935.

Nu. 1. vide eundem & ibi notata *conſ. 326.*

Conſil. 937.

Num. 1. annecte quæſtionem an pecunia ex fructibus feudalibus durante tutela collecta à tutoribus, ad ſolum filium pertineat, vel ſorores ad eandem pro rata admittantur? quam tractat & pro filio definit Minſingerus *cent. 6. obſervat. 100.*

Nu. 2. adde Petrum Zans *de diviſione bonorum lib. 2. c. 15. nu. 36. & ſeq.*

Conſil. 939.

Num. 12. Adverte quod tradit Cravetta valere pactum ut credatur privatæ ſcripturæ, exaudiendum eſt de preſenti ſcriptura exhibita vel certa, ſecus de futura vel incerta, ut notat *Molin. ad Decium conſ. 612. nu. 5.*

Nu. 13. vide quæ notavi ad conſil. 19.

Digitized by Google

Conſil. 940.

Nu.1.& ſeq. adde *Boerium deciſ.3.Gomeſi.in L.22. Tauri.eundem Cravettam conſil.42. conſ.114.& conſil. 127.*

Conſil. 941.

Nu.40.vide latè Peregrinum de jure fiſci *lib.3.tit. 7.nu.47.*

Conſil. 942.

Adde Præſidem Everard. *conſil. 194. & Vigelium cent.1.reſponſ.1.Colerum deciſ.256.*

Conſil. 943.

Vide quæ notavi *ad conſil.900.& conſil.901.*

Conſil. 944.

Adde quæſtionem quam proponit & definit Teſſaurus *lib.2.quæſtio forenſ.q.41.* Cum creditores Titij agerent contra Sempronium uti hæredem fratris, Sempronius oppoſuit fratrem non habere bona niſi Legitimam in bonis communis parentis, in qua ſolummodo patris teſtamento inſtitutus eſſet, & cum teſtamentum amiſſum eſſe proponeret, produxit aliquos

quos teſtes de auditu, & duos de viſu qui dicebant præſentes fuiſſe teſtamento, in quo pater inſtituit Titium in Legitima, & Sempronium ex aſſe reliquo, quæſitum eſt an hujuſmodi probatio teſtamenti ſufficeret ad excludendos creditores? Senatus pronunciavit pro creditoribus non obſtante allegato teſtamento, motus quod teſtes non probarent amiſſionem, nec appareret aliquo tempore eſſe publicatum, & verior illa opinio exiſtimatur in deperdito teſtamento, requiri duo copulativè ſcilicet ut conſtet teſtamentum eſſe publicatum & deinde deperditum, adde Fabrum in ſuo Codice *l.6.tit. de teſtam. defin.4.*

Conſil. 945.

Vide notata *ad conſil.648.*

Conſil. 947.

Vide quæ notavi *ad conſil.196.*

Conſil. 948.

Num. 1. & 6. notandum quod dictiones tunc & eo caſu, non removent caſus qui ex veriſimili teſtatoris mente ſub eius diſpoſitione comprehenduntur ut tradit Alciatus *lib.3. de verbor. ſignific.* & probat *Molin. ad Decium conſil.332.nu.1.* ubi dicit magis attendi veriſimilem mentem, quam verbi geminationem utpotè quæ ſæpius imprudenter fiat.

Conſil.

Conſil. 949.

Adde eundem *conſil. 881. conſil. 963.*

Conſil. 950.

Nu. 1. adde an agnatus eiuſdem cognominis & familiæ ſine alia probatione ad feudi ſucceſſionem excluſo Domino admittatur? & de agnationis & proximioritatis probatione, quando teſtator proximiorem vocavit *Teſſau. libro ſingu. quæſtio forenſ. q. 61.*

Conſil. 951.

Num. 8. & 9. hinc notat Neoſtadius *deciſ. 11.* non præſumi Principem, velle quenquam obligationi conſtitutæ eximere, ſed potius ſiquid indulgeat de ſuo largiri ideoque immunitatem diplomate promiſſam ulterius non exaudiendam quam ſi quid ipſe Princeps ſolo imperet.

Conſil. 952.

Nu. 2. adde *Renatum Choppin. in Conſuetud. Andium c. 58. Ioan. Papon. des trois Notaires tiltre des a nobliſſements, Crivellum deciſ. 32.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 954.

Vide notata *ad conſil. 1000.*

Conſil. 955.

Adde quæ notavi *ad conſil. 850. & vide Teſſau. queſtio. forenſ. libro ſingulari q. 57.*

Conſil. 956.

Hoc Cravettæ reſponſum mihi probari non poteſt adverſatur enim textui *in L. cum ſcriptum eſſet D. de dote prelegata.* ubi labeo in hæc verba reſpondit: Cum ſcriptum eſſet, quę pecunia propter uxorem ad me venit, quinquaginta, tantundem pro ea dote hæres meus dato, quamvis quadraginta dotis fuiſſent, tamen quinquaginta deberi Alfenus varus Servium reſpondiſſe reſcribit, quia propoſita ſumma quinquaginta adjecta ſit. cui conſonat textus *in §. qui dotalem ex L. quibus diebus D. de condit. & demonſtrat. ubi Javolenus:* qui dotalem inquit, fundum nullum habebat ita legaverat, fundum Cornelianum quem illa mihi doti dedit, ei hæres dato, Labeo, Ofilius Trebatius reſponderunt fundum nihilonimus legatum eſſe, quia cum fundus Cornelianus in rerum natura ſit, demonſtratio falſa legatum non peremit, quæ jura evincunt idem juris ſtatuendum eſſe in ſpecie Cravettæ propoſita mille nempe nummos uxori reſtitui

N debere

debere ſicut teſtator juſſit , licet minor numerus in dotem datus ſit, expediti etenim juris eſt, quod falſa demonſtratio legato adjecta , non vitiet legatum *L. falſa D. de condit. & demonſtrat.* nec movet quod ex adverſo urget Cravetta, limitationem nempe ex relatione induci, quoties aliter in relato, atque in referente apparet, ideoque per errorem maiorem in confeſſione ſummam expreſſam videri, & quod conſequens eſt putat huiuſmodi diſpoſitionem tanquam ex falſa cauſa vitiari. At negamus conſequentiam, demus enim teſtatoris confeſſionem eſſe erroneam, eumque errorem ex inſtrumento relato apparere, ex eo inferri non poteſt legatum vitiari quin imò non obſtante errore & falſa demonſtratione legatum deberi, ut evidenter leges ſupra allegatæ oſtendunt, & manifeſte probat textus *in L. ſi ſic §. 1. D. de legat.* ubi Vlpianus : Si decem inquit quæ Titio debeo legavero nec quicquam titio debeam , falſa demonſtratio non peremit legatum, nec juvat Cravettæ opinionem quod adfert, quando teſtator ſe refert ad inſtrumentum, ex eo apparere voluiſſe illum ſolvere debitum, non autem uti liberalitate, illud enim à jure alienum eſt, & contra definiunt *Baldus & Salycetus, in L. fin. C. de falſa cauſa adjecta* valere nempe legatum licet teſtator referat ſe ad inſtrumentum, quod non reperitur, *qua Baldi & Salyceti ſententia fulcitur ex textu. d. l. ſi ſic §. 1.* ubi teſtator legaverat decem quę debebat & ſic manifeſtè conſtabat illum velle ſolvere debitum & nihilominus, etſi conſtiterit nihil deberi ſubſiſtit legatum, qua ratione corruit imaginaria

Cra-

Gravettæ deſtinctio an de inſtrumento relato conſtet vel non,generatim enim definiendum eſt ſufficere quod conſtet deteſtatoris voluntate teſtamento declarata ex cuius arbitrio omnia pendent, nec admittendum eſt,quod adducit, hujuſmodi diſpoſitionem tanquam ex falſa cauſa vitiari,*allegans Speculatorem tit.de confeſſio.§.nunc videndum nu.11. & Baldum in L.1.C.de falſa cauſa adjecta.* Reſpondemus etenim Speculatorem & Baldum loqui in falſa cauſa quæ fuit cauſa legati finalis,huiuſmodi enim cauſæ defectus legatum perimit, utpote ſine qua teſtator legatum præſtari non voluiſſet *ut declarat Bartolis in L. demonſtratio §.1.D.de condit. & demonſtrat. & Salyc. in d.l.1.* noſtra porro diſputatio vertitur circa falſam demonſtrationem, quæ longè diſtat à falſa cauſa: aliud enim eſt dicere lego Caio decem quæ debeo,& tunc etiamſi nihil debeam, tamen debetur legatum, aliud verò eſt dicere, lego Caio decem quia debeo, quia ſi nihil debeam legatum perimitur,ut Socyn.in d.l.demonſtratio. §.*1. num.4.* ubi accommodatè ad quæſtionem tradit non procedere argumentum de falſa demonſtratione ad falſam cauſam,quando cauſa falſa eſt finalis. proinde cum in hac hypotheſi teſtator juſſerit reſtitui mille nummos quos ſe habuiſſe declaravit quæ verba, (quos ſe habuiſſe declaravit) evidenter evincunt teſtatorem, ſi minorem numerum acceperit,uſum fuiſſe falſa demonſtratione,conſequens eſt legatum ſubſiſtere, & quæ Cravetta de falſa cauſa proponit, huc non pertinere. Poſtremo non mutat quod objicit, legandi animum quod atti-

net ad mille nummos teſtatori non fuiſſe, verba enim à teſtatore prolata, quibus hæredem reſtituere juſſit mille aureos, evidenter oſtendunt illum legandi propoſitum habuiſſe, nec refert an teſtator verbo reſtituendi, vel præſtandi uſus ſit, cum utrumque legati definitioni conveniat & eiuſdem ſit effectus, *L. legatum D. de legat. 1.*

Conſil. 957.

Vide quæ notavi *ad conſ. 272.*

Conſil. 958. & 976.

Nu. 46. Communis eſt D.D. ſententia legatum in teſtamento à patre ſpurijs relictum, ad juſtam alimentorum metam reducendum eſſe, & omne id quod Legitimum modum excedit, reſecandum ut notat *Palaeotus de nothis & ſpurijs c. 47.* ſed maior eſt dubitatio an legatum pro alimentis ſpurio relictum, ad ſpurij hæredes tranſmittatur, ſive illud agnitum nondum ſit, ſive ſolutum à patris hæredibus? & ſi ſpurio ſuperſunt deſcendentes tranſmiſſioni locum eſſe concludit *Teſſaur. quaſt. forenſ. libro ſingulari q. 25 ubi contrarias opiniones & Authores allegat.*

Conſil. 959.

Nu. 7. vide notata *ad conſil. 940.*

Conſil.

Conſil. 960.

Num. 1.& ſeq. quæ ſit interpretatio adhibenda in conceſſione feudi alicui & hæredibus facta? exactè tradit Fachinæus *controverſ. lib.7.c. 3.& 4.Colerus deciſ.282. Minſ.cent.3.obſer.67. & cent. 4.obſer. 84.* & quando dicatur mixtum *Surd.deciſ.322.*

Conſil. 961.

Nu.7.vide notata *ad conſ.951.*

Conſil. 962.

Nu.10. adde de ſocietate ſuper locatione inita, an in hæredem tranſeat ſaltem quoad damnum aut lucrum quod poſt ſocietatem morte unius diſtractam contigit? Crivell.*deciſ. 8.*

Conſil. 963.

Nu.3.vide notata *ad conſ.949.*

Conſil. 964.

Num. 1. ſicut filij nomine nepos,ſic & patris avus continetur quod generatim verum eſſe aſſerit Alciatus niſi cum materia odioſa eſt; & non omnino tantum rationis eſt in avo quam in patre *in L. juſta D.*

Digitized by Google

Conſil. 965.

Num. 4. vide notata *ad conſ. 995. & 996.*

Conſil. 966.

Nu. 9. adde Fabrum *de error. pragm. decad. 13. error. 1.* ubi contra communem opinionem defendit præteritione filij ſeu per renunciationem ſive per ſtatutum excluſæ teſtamentum invalidari.

Conſil. 967.

Nu. 12. vide Menochium huius conſilij memorem *lib. 4. præſumpt. 99. nu. 24.* & quando hæredis declaratio pro aditione ſufficiat adde *Vincent. de Franchis deciſ. 60. Magon. deciſ. florentin. 24. & 148. Teſſaurum quæſtio. foren. lib. 2. q. 51.*

Conſil. 969.

Vide quæ notavi *ad conſ. 905. & adde quod notat Elbertus Leoninus emendationum lib. 2. c. 11. nu. 12.* inter mercium vectorem & mercatorem proprietarium, ut vectoris fraude veniant in commiſſum duntaxat res vectoris propriæ equi, puta, vehiculum, navis, non autem merces negociatoris *L. jubemus C. de navib. non excuſan. lib. 11.* ſecus ſi ipſe mercator dolum ad-

adhibuerit, nam tunc mercimonia etiam in commiſſum incidunt *L.cotem.* §.*Dominus navis D.de public.* aut ſi conſuetudo aliqua vel conſtitutio res licitas cum illicitis commiſſo ſubjiciat ut de Andegavenſium moribus ſcribit, Renatus Choppin. *de juriſdict. Andegaven.lib.1.c.53.*

Conſil. 970. & 972.

Vide notata *ad conſ.941.*

Conſil. 973.

Nu.1. Adde an permutanti detur regreſſus ad rem exiſtentem penes tertium, ſi res ſibi data fuerit evicta? *Surd. deciſ.173. & deciſ.182. num. 24. vide notata ad conſ.111.*

Conſil. 974.

Nu.8. vide quæ notavi *ad conſ.686.*

Conſil. 975.

Quam hoc loco & *conſ.174.* Craverta tuetur ſententiam, quod teſtator ſcilicet hæredi, prohibere poſſit beneficium Inventarij infringere conatur Phanucius in tractatu de Inventario *part.2.num.6.* ſed fruſtra, præterquam enim, quod Cravettæ opinio ſit communis ſit, aperto fulcitur juris axiomate, teſta-

torem de rebus hæredis poſſe diſponere ſicut de proprijs:& leve eſt argumentum quod Phanucius adfert, inventarium eſſe introductum jure publico & ad publicam utilitatem cui juri, privatorum diſpoſitione derogari non poteſt, ſecundaria eſt enim hæc utilitas & non primaria, & quod conſequens eſt tolli poteſt, & teſtatori licet ſtatuere quod in hæredis vergit damnum, quodque hæredi, ceſſante teſtatoris prohibitione licitum fuiſſet, ut de non opponenda exceptione non numeratæ pecuniæ, de non petenda reſtitutione in integrum & de alijs quæ enumerat *Ripa in L. nemo poteſt D. de leg. 1.* atque hanc ſententiam probavit Senatus Mantuanus apud Surdum huius conſilij memorem *deciſ. 30.*

Conſil. 976.

Nu. 1. & 5. receptior eſt ſententia eum qui ſe ſubmittit miſericordiæ Iudicis non fateri delictum, *ut Alexand. conſ. 70. nu. 10. vol. 1.* nec verba illa: ſubjicio me miſericordiæ Iudicis vel Curiæ attribuunt liberam voluntatem Iudici ſed ſolum arbitrium boni viri, ſicut ea verba: ſi fuerit arbitratus: *Anchoran. in c. ſanè ex de renunciat. adde Socyn. Senior conſ. 96. lib. 1. Addentes ad Guidon. Papæ quæſt. 495. Capolla conſ. crim. 31. Waneſius conſ. 556.* bonarum etenim mentium eſt etiam culpam timere, ubi culpa non eſt.

Digitized by Google

Conſ. 977.

Nu.11. Adde quod inter perſonas ſuſpectas ex generali aſſertione facta in teſtamento non probantur benè merita ſed in ſpecie debent ex primi & probari ut contra Decium *conſ. 20. reſponderunt Socyn. 295. lib. 2. Jaſon. conſ. 154. lib. 2. quos probat Molin. ad Decium d. loco.*

Conſil. 978.

Num. 13. ſi Iudex tale quid ſtatuat quod poſſeſſori eripit commodum ſuæ poſſeſſionis, appellari poteſt ab ea ſequeſtratione Faber *in ſuo Codic. lib. 4. tit. 3. de prohibita ſequeſt. defin. 2.* & adde *Coſtalium in L. ſi fidejuſſor. D. qui ſatiſo. cog.* & an ſecuritate conceſſa bona venditoris jam ſequeſtrata vendi poſſint? vide Surdum qui negative concludit *deciſ. 301.* quomodo denique ſequeſtratio impediatur? conſule *Imbert. Inſtitut. foren. lib. 1. c. 32.*

Conſil. 979.

Num. 1. Adde etiam liquidiſſimis inſtrumentis & paratam executionem habentibus ad impediendum executionem objici poſſe, exceptionem ſimulationis, doli non numeratæ pecuniæ & novationis *Bebuff. de literat. obligat. act. 1. gl. 9.*

Digitized by Google

Conſil. 981.

Adde *conſ.* 701. *nu.* 23. *conſ.* 784. *nu.* 10.

Conſil. 982.

Adde eundem *conſ.* 489. *nu.* 7. 8. & 10.

Conſil. 983.

Nu. 9. adverte quod licet jus regalium ſoli ſupremo Principi competat, tamen illud ſpeciali privilegio vel immemoriali poſſeſſione inferioribus magnatibus acquiri & communicari poſſe: cum hoc tamen temperamento ut Princeps ſupremus cum inferioribus ſemper concurrat, eoſque prævenire poſſit ut accurate Elbertus Leoninus *emendat lib.* 6. *c.* 7.

Conſil. 984.

Nu. 195. adde facti ſpeciem quam proponit; & definit Arumæus *deciſ.* 6. *lib.* 1. Titius Caium & Seium filios ſuos hæredes inſtituit, Caio autem primogenito prædium adſignavit, ut ipſe & filij eius naturales & Legitimi illud obtinerent aut ſi nullos ſuſciperet aut ſuſcepti morerentur in defectum illorum voluit, ut prædium illud ad Seium & eius filios ſimiliter naturales & Legitimos tranſiret, vel ſi utriuſque maſcula proles deficeret, teſtamento canit ut prædium illud

illud ad filias Caij & in defectum illarum ad filias Seij deveniret,& hoc ideo,inquit,ut prædium meum ſuburbanum maneat ſemper penes illos qui ſunt nominis mei;Caius primogenitus moritur relictis filio Sempronio & Caia filia , moritur item Seius relicta filia, decedit & Caia relicto filio, Sempronius poſtquam aliquandiu prædium tenuiſſet, è vivis ſine liberis exceſſit,ſuperſunt Caiæ filius & filia Seij qui de prædio litigant, quæſitum eſt quis ex ijs præferri debeat , & quamvis pro filio Caiæ rationes in ſpecie probabiles occurrant , quod nempe eius de cuius ſucceſſione agitur proximitas conſideranda eſt, *L.2. §.Legitima hæreditas D.de ſuis & Legitim. hæred.* & cum in caſu propoſito de ſucceſſione Sempronij gravati agatur eius proximitatem attendendam eſſe, deinde quod vocati de familia intelligantur vocati gradatim, & ordine ſucceſſivo ut ſcilicet qui proximior eſt gravato admittatur *L. hæredib. mei §.cum ita D.ad Trebell.* tamen in adverſam ſententiam ivit dicaſterium Ienenſe & pro filia Seij pronunciavit , atque ita proximitatem teſtatoris & non gravati,reſpiciendam eſſe, argumento ſumpto prioris ſententiæ per inverſionem , in ſucceſſionibus nempè inſpici, proximitatem eius de cuius bonis agitur, atqui cum in hoc fideicommiſſo familiæ relicto agatur de prædio Titij non autem hęredis gravati Sempronij,conſequens eſſe Titij proximitatem eſſe attendendam, atque eo loci Arumæus hunc articulum propoſitis ex utraque parte argumentis ſolidè pertractat.

Conſil.

Conſil. 985. & 986.

In hac facti ſpecie, in contrariam ſententiam ex facto conſulti reſponderunt Rolandus à Valle *conſil. 58. cum ſeq. vol. 3.* & Marcus Antonius Natta *conſ. 676. & ſeq. duob.* ſumunt argumentum ex contractus antenuptialis verbis, quibus cautum eſt illud demum ceſſurum commodo Annę, quicquid dabunt aut jam dediſſent Elyſabethæ ſorori, quæ verba in quatenus reſolvi autumant, id eſt, quatenus dabunt aut dederunt, & cum parentes elocantes poſtea Elyſabetham dotalibus bonis hanc legem dixerint, ut hujuſmodi bona ad filium maſculum ſi unicus ſit, vel ſi plures maſculi extiterint ad ſecundo genitum devenirent, aut ſi illa ſine liberis obiret donatio vel dotis conſtitutio evaneſceret cumque Elyſabetha abſque liberis in fata conceſſerit, conſequi putant eius donationis tanquam evanidæ & ad liberos tantum reſtrictæ rationem nullam habendam, ex quo limitata cauſa, limitatum producit effectum, & non entis nullæ conſiderari poſſunt qualitates, maximè cum etiam poſtrema conditio donationi adjecta, ſi ſcilicet, parentibus ſupervixerit & in bona donata ſucceſſerit, morte Elyſabethæ ante parentes extinctæ defecerit, & quod conſequens eſt omnis planè diſpoſitio evanuerit *L. hæredi plures D. de condit. inſtitut.* Quibus tamen argumentis exactè ſatisfacit Cravetta, & reſpondet verba hæc: quod datum erit aut dabunt non ad conditionem, ſi aut quatenus, ſed ad quantitatem referenda

renda eſſet, aliter enim poſito jure in parentum eſſet poteſtate jus ex primo contractu antenuptiali filiæ juniori quæſitum per conditiones donationi poſteriori appoſitas auferre & eludere, quod à jure alienum eſt *L. nec ei permittitur §. eorum D. de adoptio. cum ſimil.* & quod ad conditionem attinet quam eliciunt adverſarij ex verbis: & in illis uti primogenita ſucceſſerit: reſpondet quod hujuſmodi conditio æquivalet compendioſæ ſubſtitutioni, ſi nempe hæres meus diſceſſerit, quæ vulgarem continet ut liquet ex conſtanti D.D. ſententia *in L. 2. D. de vulga. & pupil.* atque ideo concludit Annam ex ſubſtitutione vulgari in compendioſa contenta, ad bona controverſa invitari.

Conſil. 987. & 992.

Nu. 3. vide notata *ad conſ. 326.*

Conſil. 988.

Adde deciſ. Arumæi Friſij *13. L. 2.* & Harbaium, Rerum quotidiarium *c. 12.*

Conſil. 989.

Nu. 1. & ſeq. Adde Covarruviam exactè tractantem quando & quatenus exemplo (ſi non producatur originale inſtrumentum) ſit habenda fides *practic. quaeſt. c. 21. cui junge Fachinaeum controverſ. lib. 11. c. 38.*

c.38. Imbertum Inſtitut. forenſ. lib. 1. c. 46.

Conſil. 990.

Nu. 1. & ſeq. Qui pignoratitio contractu fundum ſuum obligavit, an cogi poſſit poſt præſtitutum redhibitionis tempus, vel ſortem exſolvere, vel fundo cedere variè agitatum eſt: ſed noviſſime apud Curiam Pariſienſem ea prævaluit ſententia ut debitor damnetur certa die, ſortem cum licitis uſuris exſolvere: ac ni ſolvat, fundus oppignoratus prætoris auctoritate ſubhaſta publica plus offerenti addicatur, ut teſtis eſt Annæus Robertus *Rerum judicat. lib. 2. c. 8.* quo loco de contractibus pignoratitijs, de Antichreſi, & de licito ac conſtituto pecuniæ reditu, eruditè agit.

Conſil. 991.

Num. 48. & ſeq adverte quod liberi naturales non Legitimantur per ſubſequens clandeſtinum matrimonium. *Hoſtienſes, in ſumma qui filij ſint Legitimi,* porro an parentes & conſanguineos ſola poſſeſſio & adſeveratio faciat, & de Legitima matrimonij probatione exactè diſſerit Annæus Robert. *lib. 2. rerum judicat c. 17. & 18.*

Conſil. 993.

Vide quæ notavi ad *conſ. 890.*

Conſil.

Conſil. 994.

Num.7. Adverte quod quando onus à teſtatore injunctum impleri debet poſt acquiſitum emolumentum, quacunque figura verborum & loquendi formula teſtator uſus fuerit intelligitur eſſe modus & non conditio *Tiberi. decian. conſ. 2. nu. 111. vol. 2. Menoch. conſ. 282. nu. 7. & 8. lib. 3. Mantica de conjectu. ultim. volunt. lib. 10. tit. 5. num. 16.* & conditio ferè per particulam, ſi, aut ſimilem proferri ſolet, *gl. in L. 1. C. de his quæ ſub modo. Cuiac. ibid. in paralit. Mantica d. loco.* & verba dubia, pro modo potius quam pro conditione accipienda ſunt, etiamſi nomine conditionis uſus ſit teſtator, quia effectus conſideratur non verba *L. quæ ſub conditione D. de condit. inſtitut. L. ſi Titio D. de leg. 1.* ut latius videre eſt *apud Arumæum deciſ. 2. lib. 2.*

Conſil. 995. & 996.

Nu. 10. Adde an qualitas addita faciat feudum novum Afflictum *deciſ. 112. Molin. ad conſuetud. §. 35. nu. 5. Schraderum de feudis part. 2. c. 3. num. 41. Neoſtadium de feudi ſucceſſione c. 5.*

Conſil. 997.

Adde *conſ. 657. nu. 11. 749. nu. 6.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 998.

Nu.2.ſed an ſpurius præteritus, contra matris teſtamentum quærelam inofficioſi proponere poſſit? & quidem filio ſpurio nato ex ſoluto & vidua competere quærelam pronunciavit Senatus Pedemontanus ut teſtis eſt Teſſaurus *quæſtio.forenſ.lib.2.q.26.* quod tamen temperandum eſt ſi mater eſſet illuſtris, tunc enim neque mater filio, neque filius matri ſuccedit *L.ſi qua illuſtris & ibi Caſtrenſ.* C. *ad Orficia.* deinde non procedit in naturali nato ex damnato coitu, ut adulterini, inceſtuoſi, nefarij & ſimiles *Cyn. in d.l.ſi qua illuſtris.* quod ſi pater naturalis filium naturalem prætereat in ſuo teſtamento, cui ab inteſtato debentur duæ unciæ, filio non datur quærela, quia ſucceſſio deficientibus Legitimis competit in duabus uncijs ab inteſtato, non ex teſtamento: uti judicatum refert Vincentius dé Franchis *deciſ.605.& 750.* eamque ſententiam communem eſſe *teſtatur Peregrin. conſ.83.*

Conſil. 999.

Num.1.& ſeq. *Adde eundem conſ.404.nu.20.conſ.411.nu.21.conſ.592.nu.59.conſ.602. nu.19.conſ.640. nu.19.conſ.681.nu.14.conſ.730.num.14.*

Conſil.

Digitized by Google

Conſil. 1000.

Facti ſpeciem ponit Cravetta in repetitione Reſponſi, Corollarij, Condimenti Bellariorum & Perorationis pro Genero. Porro cauſæ ſtatus circa duo præcipuè capita verſatur, an ſcilicet feudum quod vocant Caſtrum noni ab auctoris patre ritè ſit alienatum, cum ex Principis reſcripto illud tantum alienare potuerit pro debitorum neceſſariorum exolutione, deinde num actoris conſenſus qui hanc alienationem ratam habuiſſe dicitur, agenti obſtet. Et quidem actor intentionem metitur hoc axiomate: quod agnatus proximior feudum non hæreditariũ, alienatore extincto, vendicare poſſit, quodque Princeps ſeu feudi Dominus feudi alienationem ſolummodo ex cauſa neceſſaria permiſerit, & cum alienatio facta non ſit ob cauſam prę viam neceſſariam, ſed ob voluntariam pro ſolutione nemde æris alieni quod actoris pater prodigè conflaverat, conſequi exiſtimat Principis reſcriptum huic alienationi non ſuffragari, ſed illam utpote jure feudali reſiſtente factam in irritum eſſe deducendam, & Cravetta generi ſui patronus totus in hoc eſt, ut oſtendat nullam hic cauſam alienandi neceſſariam, quę ab initio fuerit neceſſaria, ſubeſſe, eius porrò neceſſitatis in quam actoris pater ſe ſua culpa conjecit, rationem habendam non eſſe, & in diſcernenda voluntaria à neceſſaria, cauſa, originem ſpectari oportere, neceſſariam namque illam dici non poſſe, quæ à principio voluntario procedit,

Digitized by Google

cedit, atque ita cum reſcripti verba debita tantũ neceſſaria complectentia debitis voluntarijs aptari non poſſint, nec eius diſpoſitio alienationi factæ convenire poſſe dicenda eſt. Neque in conſenſu quem filius etiam iuratus præſtitit vim faciendam putat, utpote quem & patris & emptoris ſiniſtra perſuaſio extorſerit, prætexentes actoris patrem æri alieno duorum millium obſtrictum, eiuſque exolvendi condemnatum, reſcriptum à Principe impetraſſe, quo feudi vendendi illi gratia facta eſſet, de cuius tamen æris alieni quantitate vel etiam condemnatione non conſtitit, niſi ex patris ſuſpecta confeſſione ad emptoris librum relata, & cum nihil conſenſui tam ſit contrarium quam error, fruſtra reus ex actoris errore in quo tunc verſabatur, conſenſum inferre conatur, atque ex eodem capite iuramentum utpote primario veritatis comite deſtitutum corruere neceſſe eſt. Quibus emptoris patronus Ioannes Baptiſta Surdus occurreus, feudi alienationem Principis reſcripto conſentaneã eſſe & ex cauſa neceſſaria Legitimè factam aſſerit quippe quod actoris pater grandi ære alieno premebatur, cuius diſſolvendi neceſſitate ad feudi venditionem deveniendum erat, neque hic auxiè & ſeverè in primam æris alieni contracti cauſſam inquirendum eſſe, num ſcilicet huic cauſa voluntaria an neceſſaria occaſionem dederit? cum & debitum neceſſarium illud dicatur, quod ex cauſa prævia licet voluntaria dummodo citra fraudem circumveniendi reſcripti contractum fuerit, & cum generatim de debitis neceſſarijs reſcriptum loquatur,

tur, generatim exaudiendum eſt, unde fit ut pro debitorum quorumcunque neceſſariorum exolutione, licet à primordio voluntariam cauſam habuerint, feudum ritè alienari poſſit, maximè interveniente actoris conſenſu, cui cum juramentum acceſſerit, de formæ vel ſolemnitatis omiſſione laborandum non eſt, ſed ut alienationis actus vim ſortiatur, juramenti relligio poſtulat. Senatus Pedemontanus in id fortaſſe reſpiciens ne feudi poſſeſſori per debita voluntaria in ſucceſſoris perniciem feudum ſubvertendi & alienandi daretur poteſtas & occaſio, quodque debita neceſſaria in reſcripto toties expreſſa, voluntariè conflata excludere videantur, alienationem declaravit nullam & actori feudum adjudicavit.

Accedum duo ejuſdem Authoris Reſponſa quæ, quia inter Conſiliorum tomos non extant, ſed alieno loco ponuntur, primum nempe inter Deciſiones Oſaſchi, poſt deciſ. 122. alterum poſt Authoris tractatum de Antiquitate temporum, hic inſerere viſum eſt.

Conſil. 1001.

SVMMARIA.

1. Donatio cauſa mortis facta metu alicuius periculi imminentis, tacite revocatur periculo ceſſante, & nu. 2. declaratur.

3. Donandi cauſa quamdiu permanet, tam diu

conſtare debet donatio.

4. Leges per gloſſ. allegatæ in l. 3. ff. de donat. cauſ. mort. ubi tacite revocatur donatio convaleſcente donatore, in quibus terminis loquantur.

5. Extenſio non ſolum ad cauſam diverſam rationem habentem, verum etiam ad eum caſum, in quo minor ſit ratio, licet non diverſa, etiam in materia favorabili fieri non permittitur.

6. Clauſula ad habendum, tenendum, & poſſidendum, ſecuta morte donatoris, adeo generalis eſt, ut quandocunque mors donatoris ſequatur, ſuum ſortiatur effectum.

7. Generalis diſpoſitio idem operatur, quod ad omnes ſpecies, ut eas includat, quod ſpecialis enumeratio, ubicunque eadem intervenit ratio.

8. Generalis diſpoſitio reſtringi non debet, nulla interveniente ratione reſtringendi.

9. Sequentia ex præcedentibus declarantur, ubicunque dubia ſunt, ſecus ubi certam habent orationem ſeparatam, & determinatam.

10. Repetitio præcedentium in ſequentibus non fit, niſi ratio ſuadeat fieri repetitionem.

11. In repetitione facienda, obſervanda præcipuè eſt mens diſponentis, etiam contra regulas juris ad repetitionem pertinentes.

12. Generalia verba incertitudinem inducunt.

13. Probatio generalis veluti incerta, & dubia non concludit.

14. Donationem in dubio revocatam non cenſeri, interpretatio facienda eſt.

15. Re-

Digitized by Google

15. Revocatio legati odioſa eſſe dicitur.

16. Donatio remedio l. ſi unquam, C. de revocand. donat. non revocatur propter Legitimationem filiorum ſubſecutam, quando tempore donationis alij exſtabant liberi.

17. Revocatio donationis, quæ fit ex remedio l. ſi unquam, & ea, quæ fit ex titul. de inoffic. donat. quomodo differant.

18. Diſtinctio notabilis affertur, An, & quando donatio tanquam inofficioſa per ſubſecutam filij naturalis, aut ſpurij Legitimationem revocari poſſit.

19. Donatio, quæ non fuit inofficioſa re, & conſilio in totum non reſcinditur ſed ad Legitimam tantum, & quando dicatur inofficioſa conſilio eſſe, & numer. 20. declaratur.

ARGVMENTVM.

De donatione cauſa mortis ex certa cauſa facta, an ea ceſſante cenſeatur revocata donatio. Et an revocetur ex diſpoſitione l. ſi unquam, C. de revocand. donation. propter Legitimationem filiorum ſubſecutam, quando tempore donationis alij exſtabant liberi?

Divino ſubſidio ex corde poſtulato, cogor infra rem ſcribere in termino tam anguſto de lite annoſa, & ſæculo veluti priſco inſtituta, per quondam magnificum dominum Dominicum Taparellum ex dominis Genoliæ, contra Govonos à Foſſano. dubia duo præcipue agitantur in alea hac judicij. Primum,

Digitized by Google

an donatio cauſa mortis facta per quondam nobilem Iuvenalem Govonum memorato domino Dominico, ac dominæ Georginę eius ſorori, quia in animo haberet donator ad partes longinquas recedere pro certis cauſis, & votis factis abſolvendis, cum anceps ſit reditus, quo religioni, aut conſcientiæ ſuæ proſpectum eſſet, revocata dicatur ipſo donatore incolumi ad patriam reſtituto ex urbe Venetiarum?

1. Dubium facit quia donatio cauſa mortis facta metu alicuius periculi imminentis tacitè revocatur periculo ceſſante, *gloſſ. & Doctores in l. 3. ff. de donat. cauſſ. mor. argumen. l. non omnis ff. ſi certum petat. & l. ſi mortis, 2. ff. de donat. cauſſ. mort.* Sed hoc argumento non obſtante, in ſententiam conſentio magnifici & eclеberrimi Iuriſconſulti domini Octaviani Cacherani veluti fratris maioris honorandi, per dictum Cuman *in L. Marcellus, §. Paulus, verſic. tertia differentia ff. de donat. cauſ. mort.* ubi, quod donatio (2.) cauſa mortis facta metu inſtantis periculi: tunc revocatur periculo ceſſante, quando traditio interceſſit, quaſi veriſimile non ſit, voluiſſe donatorem, ut remanerent bona apud donatarium, exempto à periculo donatore, quæ ratio ceſſat, quando traditio non intervenit, ſed confertur donatio poſt mortem, quod Cumani dictum, licet non ita ex fide relatum, ſequitur *Dec. in d. L. non omnis col. 3. num. 6.* ff. ſi certũ petat.

Secundo, conſidero ad confirmationem dicti Cumani, quod ubi traditio non fit; licet fiat donatio periculi formidine: tamen ob talem metum non vult donator bona venire ad donatarium: at demum poſt

mor-

mortem, itaque mors ipſa eſt cauſa finalis ipſius donationis. Plane certiſſimum eſt, mortis fatum ceſſurum tandem, ob id dici non poteſt ceſſare cauſam donationis periculo illo ceſſante, per conſequens revocatio tacita induci non debet, tanquam eſſet cauſa donationis, quæ (3.) ipſa nunquam non conſtat, porro conſtare debet donatio, quamdiu donandi ſtat cauſa. *l. ſi cui §. fin. ff. ex quib. cau. maior. l. 2. §. omnes ff. de ju. L qui nominib. ff. de adminiſt. tut. quæ jura ad hoc citat Signor. conſ. 135. col. 2. poſt princ.* facit regula, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus, *L. adigere, §. quamvis, ff. de jure patron. arguendo à contrarijs L. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.*

Tertio conſidero pro hac opinione, quod (4.) *glo. in d. L. 3. ff. de don. cau. mort.* citat illa duo jura, in quibus revocatur tacite donatio convaleſcente donatore, quæ iura expreßè loquuntur; quando donator tradidit, ut poſſit repetere aut vindicare, plane ſi volumus extendere dicta jura, quando donator poſſidet, fiet extenſio ad caſum diverſum, habentem rationem ſeparatam, contra *L. fin. ff. de calum. & L. Papinianus exſuli, ff de minor.* diverſitatem autem rationis oſtendit *Cuman. in d. L. Marcellus. §. fin. ff. de don. cau. mort.* rationem etiam diverſitatis manifeſtam feci in fundamento proxime relato: quin etiã (5.) non ſolum non fit extenſio ad caſum diverſum, habentem rationem ſeparatam, verum etiam ad eum caſum non fit, in quo minor ſit ratio, licet non diverſa, etiam in materia favorabili, & extendibili, *L. cui pacto, ff. de ſervis export. L. lege Julia, §. hoc capite ff. de ritu nupt.*

quæ jura ad hoc citat Socin. *in conſ.9.colum.2.in fin. lib.3.Tradit idem Socin.in L.1.in princip.in 4. not.ff. de verbor. obligat.* Imo oportet eandem eſſe rationem omnino ut fiat extenſio. *Alexand.conſil.97. circa.fin. verſicul.vel dato,lib.2.* Ceterum exiſtimet quis an tanta ſit ratio revocandi donationem, quando donator poſſidet,& bonorum non eget,quanta eo non fruente bonis: rurſus ſi eadem ſit ratio revocandi,quando confertur poſt mortem, atque ubi traduntur ſtatim bona.

Quarto arguitur ſic,in donatione ſubjicitur,clauſula; ad habendum, tenendum, & poſſidendum, ſecuta morte donatoris : quæ (6.) verba ſunt generalia,quandocunque ſequatur mors, ſive in peregrinatione,ſive poſt: ergo generaliter debent intelligi, *L. de pretio.ff.de publici L.1.§.& generaliter,ff.de leg.præſtand.cum ſimilib.* & ubi reſtrictio fit verborum generalium illud eſt , quotiens non eſt eadem ratio omnium comprehenſorum ſub generalitate: at (7.) ubi eadem eſt ratio , idem operatur generalis diſpoſitio, quod ad omnes ſpecies,ut omnes includat, quantum ſpecialis diſtributio,*Bartol.in L.ſi pluribus, ff.de legat. 2.not.in c.quia circa, de electio, Paul. de Caſtr. in conſ. 187.notandum eſt,colum.pen.poſt med.lib.2.* Ideo dicimus,diſpoſitionem (8.) generalem reſtringi non debere,nulla interveniente ratione reſtringendi *Bald.in conſ.48.quia verba,lib.4.Ang.in conſ.281.col.1.Abb.in conſ.1.colum.2.in conſ.44.colum.2.in conſil.51.colum.final.in conſil.64.colum.pen.lib.1.in conſ.55.colum.2.l.2.* Sed quæſo, quæ ratio reſtringendi donationem ad

mortem

mortem unius temporis,potius,quam alterius? Eſſet autem ratio reſtringendi, quando bona jam eſſent tradita,vel quando irrevocabilis donatio eſſet, porro donatore poſſidente; & revocandi facultatem obtinente,revocandi ratio,quæ conſtare poſſit, non facile videtur.

Neque obſtat ſi dicatur reſtringi verba illa; ſecuta morte, ex pręcedentibus videlicet donatore votorum cauſam,aut ſolemnia peragente, quia (9.) verum eſt, ſequentia dubia declarari ex præcedentibus claris, *L.ſi ſervus plurium,§.fin.ff. de legat.1.cum ſimilibus*, plane ubi ſequentia ſunt certa habentia orationem ſeparatam, & determinatam, non fit repetitio præcedentium ad reſtrictionem ſequentium, etiam appoſita dictione repetitiva, *L.qui fundum ff. de contrahend.emtio.Bart.in l.in repetendis, ff. de legat.3.& in L.Seiæ,§.Caio ff.de fund.inſtru.& in conſ.27. viſa facti narratione,Bald.in conſil.58.in reſtitutione dotis,in 1.dubio lib.2.Paul.de Caſtr. in conſil.275. ſuper primo quæſito dicendum videtur dictā ſubſtitutionem,colum. penult. in 5.dubio,lib. 1.in conſil.11.ſuper primo quæſito,in quantum quæritur,in 2.dubio,& in conſil.16.viſo dicto puncto, & dubijs,in fin.lib.2. Alexand. in conſ.66. colum.2. circa med.lib.3.cum ſimilibus*. Sed iſta verba; ſecuta morte; apponuntur in clauſula omnino ſeparata & oratione diverſa.

10. Secundo reſpondeo,quod repetitio non fit,niſi ratione ſuadente; ut fiat repetitio, *Roma. in conſil. 345.circa primum ante fin. Anchar.in conſ.262.prætermittendum eſt,quod in traditione,verſo his non obſtantib.*

ſed nulla ratio movet, ut ſtringantur verba ad mortem unius temporis potius, quam alterius, ex quo donator fruiturus erat bonis, quam diu viveret & revocandi facultas in integro erat.

11. Tertio reſpondeo, quod in hac materia repetitionis mens diſponentis præcipue eſt obſervanda, quia fit, aut non fit repetitio ex mente diſponentis, etiam contra regulas juris ad repetitionem pertinentes. *L. Julius Paulus, & L. cum ſervus, ff. de cond. & demonſt. Bart. in d. L. Seia §. Cato, ff. de fund. inſtru. Paul. de Caſtr. in conſ. 122. viſo puncto ſupra ſcripto, colum. 2. circa med. verſ. pro hoc etiam facit veriſimilitudo, lib. 2. & in conſ. 410. viſo facto, & dubijs, in fin. lib. 1. Alex in conſ. 47. col. 2. poſt med. verſ. ſed iſtis non obſtantib. lib. 5. Aret. in conſ. 121. in præſenti col. 2. circa med. verſic. ſed ſi diceremus, & in conſ. 148. paucis eſt agendum, colum. 2. circa med. Socin. in conſ. 64. colum. 2. circa princip. lib. 3.* Sed intueamur donatoris mentem interiori lumine donationem ille contulit, quo religioni ſuæ, aut conſcientiæ conſultum foret, liberalem ſe egit erga cognatum nobiliſſimum, qui ad matrimonium conſenſurus non fuerat, niſi futuræ liberalitatis inductus ſpe, cauſa conſcientiæ ſublevandæ non utique ceſſabat, donatore reverſo, ſi non ad navitas eum confe-ras, ad quos periculo defunctos, blaſphemandi, peierandique ſcelus continuo recidit.

Quintò conſidero, quod verba illa, cum certis de cauſis & votis factis intendat vota ſua implere, & ad regiones longinquas ſe tranferre: ſunt verba generalia pluralis numeri, quæ (12.) incertitudinem inducunt,

cunt, *L. in tradendis ff. commun. prædiorum. L. cum Stichus ff. de ſol. L. prætor edixit, §. quod autem ff. de injur. L. ita fidei, ff. de jure fiſci. Oldrad. in conſ. 81. quod proceſſus, col. 2.* ideo non ſequitur, reverſus eſt donator à civitate Venetiarum; ergo vota omnia perſolvit, proinde (13.) dicimus, probationem generalem non concludere, veluti incertam & dubiam *L. non nudis. L. non epiſtolis, L. neque natales, C. de probat. c. in præſentia, eodem titul. Gemin. in conſ. 48. colum. 5. poſt princ. Roman. in conſ. 321. in fin. cum ſimilib.* Itaque neceſſarium foret, vota omnia nominatum fuiſſe expreſſa, & deinde probari ſolutionem eorum.

Sexto & ultimo, ubi res dubia eſſet, quam ipſam tamen clariſſimam arbitramur, in dubio (14.) judicium faciendum eſſet, ut donatio revocata non cenſeatur, ſed efficax conſtet. *Freder. de Senis in conſil. 233. caſus talis eſt, monaſteriis, colum. final. Paul. de Caſtr. in conſ. 278. paſſus iſte dubitabilis, colum. final. lib. 1. pro quo text. in l. ſi inter virum ubi Socin. in 3. notab. ff. de rebus dub.* & pondero quod ille textus loquitur in donatione revocabili, & ibi Socinus expreſſe dicit, quod in dubio judicandum eſt, donationem revocatam non eſſe per pœnitentiam, per textum, *in L. cum hic ſtatus §. pœnitentiam, ff. de do[illegible]tio. inter vir. & uxorem.* Idem (15.) in legato, quod in dubio revocatum cenſeri non debet, quia revocatio legati dicitur res odioſa *L. cum quidam ff. de rebus dub. Alex. in conſ. 169. colum. 3. verſic. quinto: quia, lib. 5. & in conſil. 157. colum. 1. lib. 7.* in dubio enim non præſumitur mutata voluntas, niſi probetur *L. cum tacitũ ff. de probat. L. Lucius ff. de*

Digitized by Google

de leg.2.cum ſimilib.ut per Alex.in d.conſ.157.

Circa ſecundum dubium, excellentiſſimus dominus Octavianus adeo copioſè,& ſubtiliter ſcripſit,ut acceſſionem non capiat,videlicet,quod donatio non revocetur in totum, ſed in viriles per Legitimationem ſubſecutam, quando liberi alij jam erant nati tempore donationis, Sed hic conſiderandum, quia (16.) ſententia illa videtur receptior,ut non revocetur donatio hoc caſu per *L.ſi unquam, C.de revoc. donat.Bald.in L.1.col.pen.C.de inoffic.don. & in l.2. C.ſi quid in fraud.patro.Salyc.L.ſi totas,per illum text.C. de inoffic.donat.Curt.ſen. in conſ.74.col.24. & hanc opinionem dicit communem Soc.in rub.ff.de lib.& poſth.col.pen. & fin.eandem opinionem tenet Jaſ.in L.ſi is, qui pro emtore,col.56.num.276.ff.de uſucap. in rubr. C.de poſthumis hæred.inſtit.& in L.cum acutiſſimi col.2.C.de fideicom.Addo Paul.de Caſt.in conſ.435.ſuper hoc puncto plura lib.2.*& licet Socin. contrarium teneat *in conſil. 226.lib.2.* tamen ad eius rationes patet reſponſio ex dictis *Paul.de Caſt.in d.conſ.435.* ubi pulchre & efficaciter loquitur.

Ex præmiſſis infertur, quod ceſſante revocatione ex d.L.ſi unquam, illud ſolum quærendum videtur, an revocetur tanquam inoffícioſa, & an in ſolidum, aut in partem, nec cadit quæſtio revocationis particularis,quando fit revocatio ex d.L.ſi unquam,quicquid diſtinxerit *Rip.in d.L.ſi unquam,q.6.in fin.*cuius diſtinctio eſt contra doctrinam Bar. *in d. L. Titia, §. Jmperator,ff.de leg.2.* ubi (17.) diſtinguit inter revocationem,quæ fit ex d.L. ſi unquam & eam, quæ fit

ex

ex tit. de inoff. donat. Nam ea quæ fit ex d. L.ſi unquam, procedit ex tacita, & veriſimili mente donatoris, qui non donaſſet veriſimiliter, ſi de liberis cogitaſſet ideo ſemper fit in totum, cum in nullo ſtet mens donantis liberis ſuſceptis, illa autem, quæ revocatur ut in officioſa, procedit contra voluntatem donatoris, ideò ſtrictius in ea proceditur: propterea *Paul.de Caſtr.in ſua diſtin. quam point in L. 1. C. de inoffic.donat. & quam refert Rip. in d. L. ſi unquam q. 6.* vult, quod aut in totum fiat revocatio aut in nihilo ex d. L. ſi unquam.

Neque obſtat, quod iſta diſtinctio fiat in legatis per Bald. *in L.filio præterito ff. de injuſt.rupt.teſtament.* quia retorquetur argumentum, cum velit Bal. fieri revocationem pro portionibus poſthumorũ, quo ad natos vero non fit revocatio, quia fuerunt honorati, licet etiam Baldi diſtinctionem reprobet Ripa *in d. L. ſi unquam q.20.*

Itaque poſthabita diſtinctione Ripæ, dico ſic: aut quærimus, utrum (18.) iſta donatio fuerit inofficioſa ab initio? & concluditur quod non, cum proles Legitima non eſſet, ſed illegitima tantum, cui Legitima non debetur in bonis patris *Bald. in conſ. 479. quando pater. in fin. lib. 4.* ſi non debetur Legitima: ergo donatio inofficioſa conſiderari non poteſt, cum dicatur inofficioſa, quotiens fraudantur filij Legitima, & ceſſante fraude Legitimæ inofficioſa dici donatio non poteſt, *L.cum donationibus & L.ſi mater C. de officic.donat.* Aut quærimus, nunquid facta fuerit inofficioſa ex poſt, per ſupervenientiam filij naturalis & Legi-

Legitimati, cui Legitima debetur *Abb. in conſ. 86. l. 1. Curt. ſen. in conſ. 74. colum. 16. Dec. in conſ. 52. col. 1. & alibi ſæpe*, & dicendum videtur, quod ſic, ſi Legitimatio oſtendatur in plena forma, ſecus ſi ſtrictè, & limitatè Legitimatus eſſet in eo, quod patri videbitur, *Dec. in conſ. 264.* Imo ſi ſimpliciter Legitimatus ſit, & ſpurius eſſet ex coitu punibili, non dicit donationem inofficioſam, niſi Legitimationis forma aliter habeat, quod poſſit venire etiam contra voluntatem patris *Socin. in rubr. ff. de lib. & poſth. col. 2. poſt med. verſ. ex quibus in fero, & col. 3. verſ. quinto in fero*, ubi expreſsè dicit non competere ſpurio Legitimato querelam inofficioſæ donationis.

Sed fingamus, filium poſtea natum & Legitimatum naturalem fuiſſe, vel ſpurium quidem ſed ita Legitimatum, ut venire poſſit ad hæreditatem etiam contra parentis voluntatem, licet donatio fieri poſſit inofficioſa ex poſt. *glo. & Doct. in d. L. 1. in 9. quæſt. C. de inoffic. donat. Paul. de Caſtr. in authent. unde ſi parens, C. de inoffic. teſtam. & in d. conſil. 356. dubitatio lib. 2.* tamen (19.) talis donatio etiam facta extraneis, non reſcinditur in totum, ſed ad Legitimam tantum, cum inofficioſa non fuerit re, & conſilio, quod utrumque copulativè requiritur *Bart. in d. L. Titia §. Imperator. ff. de legat. 2. Roman. in conſil. 26. colum. final. in 4. dubio & in conſ. 95. Paul. de Caſtr. in conſil. 251. viſo quodam inſtrumento, colum. 2. circa med. lib. 2.* Sed iſta donatio inofficioſa dici conſilio non poteſt cum filium pater non haberet, cui Legitima deberetur, quod ipſum requiritur, ut inofficioſa cõſilio dicatur, Paul. de Caſtr.

in

Digitized by Google

in d.conſil.251, colum. 2, circa med. verſic. & contrafaciendo, lib. 2.& in d.conſil.356.ante fin.eodem libro.

20. Secundo poſito citra præjudicium veritatis, habuiſſet donator filium tempore donationis, adhuc non diceretur in officioſa conſilio, quia non donavit pater bona omnia præſentia, & futura. Imo nec omnia præſentia, ſed bona particulariter deſcripta in inſtrumento donationis, ob id, futuræ proli Legitimæ bona reliqua ſuper erant, ad quæ venire poſſet ab inteſtato. Ita in terminis conſiderat Pau. de Caſt. *in d.conſil.356.lib.2.Ripa lib.3.reſponſ.de donatio.revoc. c.10.colum.penult.poſt med.* Et licet bona in donatione non incluſa ad Legitimam ſatis non eſſent, tamen adhuc non fit revocatio in totum, ſed ad Legitimam tantum, aut eius ſupplementum, *Barto.in d.l.Titia* §. *Imperator ff.de legat.2.Curt.ſenior in conſil.1.colum.final.Socin.inter conſilia, Curt.ſen.in conſil.2.* eandem opinionem amplectitur Iaſon. *in conſil.125.colum.final.lib.1.*

Ex quibus concludo, non poſſe revocari donationem, niſi ad Legitimam, aut eius ſupplementum, ſalvo ſaniori judicio.

In hac eadem hypotheſi contra reſpondit Iacobus Mandellus *conſ.65.* concludens mortis cauſa donationem cenſeri revocatam ex eo quod conator reſpexiſſe videtur ad præſens periculum ea peregrinatione imminens, quo jam ob eius reditū ſublato, donationem eiuſq; effectum, ut pote ceſſante cauſa, ceſſare & evaneſcere, eoq; loci contrariā Decij opinionem, exiſtimantis

ſtimantis donationem non aliter irritari, quam ſi donator expreſſis verbis eam revocaverit, ut erroneam damnat, fretus authoritate, *gl. in L. 2. & 3. & ibi Barto. D. de donat. cauſ. mort.* & communi DD. ſententia *in L. non omnis D. 51. cert. petat.* eandemq; Decij opinionem antea improbarunt *Molin. ad Deciũ, & Alciatus in d. l. non omnis* diſtinguentes an donator ſe referat ad mortem abſolutè, aut vero ad mortem ex præſenti infirmitate vel peregrinatione imminentem, ut priore quidem caſu, ex eo quod donator reconvaluerit non revocetur, quia certum eſt mortis conditionem tandem eventuram, altero caſu revocata præſumatur ob conditionis ſeu præſentis periculi defectum & jura à Decio adducta, tantum procedere cenſet Mandellus, ſi quando donator ſimpliciter ſeu abſolute mortem conſiderat, in quam ſententiam refutata Decij opinione conceſſit Riminaldus junior *ad inſtitut. de donatio. nu. 1110.* & manifeſtè probat textus *L. 1. in princip. D. de donat. cauſa mortis* cum dixit I. C. Marcianus: eum qui mortis cauſa donat, ea mente dare, ut ſtatim quidem accipientis ſiat, ſi tamen convaleſcat, velit id ad ſe reverti, ea enim lege infirmus donat, ſi ex illa infirmitate decedat, igitur ſub contraria conditione, nempe ſi reconvaleſcat, revocare dicitur, juxta *L. ſi aliquando D. de condit. & demonſtrat.* Pro Cravettæ tamen cliente contra Mandelli clientem, pronunciavit Senatus Pedemontanus, & donationem non cenſeri revocatam definivit ut teſtis eſt Oſaſchus *deciſ. 118.* ea forſitan ratione: quod in hac hypotheſi plures ſuberant donandi cauſæ, nempe

contra-

contrahendi per donatarium matrimonij, & ſimiles, quo fit, ut una ceſſante & altera remanente, ſuſtineatur donatio, *§. affinitatis Inſt. de nupt. L. ſi non lex alia ſentia & ibi Bart. de hæred. inſtituend.* His adde ob materiæ affinitatem ſi donatio cauſa mortis ſit facta Titio & eius hæredibus, eam interpretationem adhibendam eſſe ut præmortuo Titio, donatio nihilominus conſiſtat in perſonis hæredum Titij, quibus non minus quam ipſi Titio donatum fuit, manet tamen ſecundum donationis cauſa mortis naturam, revocabilis, & ſive donator eam diſertis verbis revocaverit, ſive quod alijs actibus ſe voluntatem ſuam mutaſſe declaraverit, ſeu quod à periculo illo mortis, quod cauſam dederat donationi fuerit liberatus, donationem revocatam eſſe dicendum eſt, quam ſententiam contra communem opinionem tuetur Antonius Faber *de error. pragmatic. decad. 47. erro. 6.* eamque autea probaverant *Bald. conſ. 391. vol. 3. Alciatus in d. L. non omnis Decius conſ. 470.* & rectè niſi quod donationem nimis reſtringant, quippe quod non aliter admittant hæredes donatarij, quam ſi donator ante donatarium deceſſerit, cum tamen illa verba, dono Titio & eius hæredibus, evidenter evincant, hæredes admittendos eſſe ad donationem etiamſi Titius vivo donatore in fata conceſſerit, ad inſtar uſusfructus, qui licet uſufructuarij morte finiatur, repetitus tamen intelligitur, quoties legatur Titio & eius hæredibus, *L. repeti. D. quib. mod. uſufruct. amitta.* hinc conſequitur tutam non eſſe cautelam quam ut occultiſſimam tradit Ferratus *cantela. 30.* ut ſcilicet

in inſtrumento donationis fiat mentio hęredum donatarij, ſic enim mortis cauſa donationem transformari putat in donationem inter vivos, ſed fallitur cum ex ſupradict. L. repeti manifeſtè arguatur donationem, cauſa mortis donatario factam, in eius hæredibus repetitam intelligi, cum ſua tamen natura ſcilicet ut ſit & maneat revocabilis, & ut in alium, & ſeparatum actum donationis nempe inter vivos, contra agentium intentionem detorqueri non poſſit.

Conſil. 1002.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus requiſitus ex forma ſtatuti, an poſſit praſtari per procuratorem, aut nuntium, remiſſivè.*

2 *Conſenſus praſtitus ex neceſſitate aut forma ſtatuti, non prajudicat. nume. 36. 38. & 39.*

3 *Conſenſus praſtitus ſuper actu nullo non prajudicat. & nu. 40.*

4 *Conſentiens non obligatur ex actu, cui conſenſit. & num. 41. jus ſuperveniens non confirmat contractum rei alienæ nullum, quando ex tali contractu quis non obligatur. nume. 11. 13. 14. 24. 28.*

5 *Acceſſoria revocantur, revocato principali. & num. 3. latiùs. numer. 19. 47.*

6 *Hypotheca non conſiſtit ſine obligatione perſonali, vide nu. 45. Conditio tacita intelligitur in quolibet actu, ſi actus de jure teneat.*

Renuntiationes & pœna appoſita in compromiſſo, habẽt tacitam conditionem, ſi laudum validum ſequatur.

7 *Rati*

7 Rati promiſſio, an ſit ſuperflua, & an alteret naturam principalis diſpoſitionis, nume. 48.

8 Favorabile an dicatur ſtatutum Ferrariæ ſub rubrica de indemnitate mulierum.

9 Extenſio ſit in materia odioſa, quando agitur, ut obvietur fraudibus.

10 Improprie & large intelliguntur verba in materia favorabili.

11 Dolus an arguatur contra eum, qui contrahit contra prohibitionem ſtatuti. ibid. & num. 53.

12 Conſentiens alienationi rei, in qua jus habet, ſibi præjudicat.

13 Curatoris contractus non ſervata forma juris, non dicitur nullus, in odium ipſius curatoris, & latius num. 19. 20. 21. 28.

15 Intellectus ille in dubio capiendus eſt, qui convenit rubricæ.

16 Adminiſtrator an teneatur ex contractu propter receptionem pretij.

17 Intellectus ille prævalet, qui probari poteſt per alias leges aut rationes, quando lex habet varios & multiplices intellectus.

18 Intellectus ille prævalet in quo maior eſt ratio dubitandi:

Intellectus l. illicite. ff de rebus eorum, ibid. & nu. 19. uſque ad nu. 29. & nu. 26.

19 Intellectus l. etſi is C. de præd. mino. & nu. 26.

20 Exceptio datur, licet actio non competat.

22 Facto proprio an contraveniat maritus alienans fundum dotalem nulliter.

23 *Evictio non debetur emptori, ſcienter ementi rem alienam, etiam reſpectu pretij: niſi aliud actum ſit.*

24 *Intellectus l. ſi ſervo. ff. qui & à quibus.*

25 *Statutum debet intelligi ſecundum jus commune, ut minùs illud corrigat quàm ſit poſſibile. & illud quod eſt de jure communi, dicitur de mente ſtatuti.*

26 *Extenſio non fit ad aliam perſonam in ſtatuto aliquem privilegiante, quando ratio privilegij aut favoris in alio non militat, etiam ſi fiat actus nomine privilegiati, quando ex tali extenſione commodum non venit ad ipſum privilegiatum.*

27 *Reſtrictio cuiuſlibet diſpoſitionis etiam univerſalis, fit à ſua cauſa finali. nu. 29.*

28 *Hæres non poteſt allegare turpitudinem ſuam, licet veniat ex perſona defuncti.*

29 *Qualibet diſpoſitio debet intelligi, ut aliquid operetur, quod pulchrè exornatur.*

30 *Dolus arguitur in eo, qui venit contra fidem datam, efficitur infamis, & incidit in crimen ſtellionatus.*

Pacti nudi fidem fallere. verecundia eſt.

31 *Præſentiæ defectum ſupplet ſcriptura, poſtquam pervenit ad manus eius, cui ſcribitur, & nu. 55.*

32 *Deceptis ſub aliorum confidentia, ſubveniri debet.*

33 *Nullitatem allegare non poteſt, qui cauſam nullitatis præbuit. Obijcere quis alteri non poteſt illud, cuius cauſam præbuit.*

34 *In pari culpa potior eſt conditio tractantis de vitando damno.*

35 *In dubio judicandum eſt contractum revocandum non eſſe.*

37 *Ra-*

37 *Ratione legis correcta, cenſetur correcta lex, quando ratio exprimitur in lege.*

38 *Conſenſus advocati in officio ſuo advocationis, an ſibi præjudicet. & ibidem quid in notario conficiente inſtrumentum ſuper re, in qua jus prætendit, contra* Corneum.

39 *Adminiſtrator obligans bona propria in contractu excedit limites ſui officij, ideò tenetur nomine proprio. Idem, quando promittit adminiſtrator pro ſe & hæredibus ſuis, quia officium adminiſtratoris non tranſit ad hæredes.*

42 *Illud inſpicitur, cuius contemplatione fit actus, non ipſe actus, In correſpectivis unum non poteſt eſſe ſine altero, ibid. & nu. 44.*

43 *Conſentiens actui, cenſetur conſentire etiam executioni ipſius actus.*

46 *Hypothecari poſſunt bona pro obligatione alterius.*

49 *Favorabilis dicitur diſpoſitio, favens obſervationi juramenti. Per contrarium odioſa dicitur diſpoſitio, contraria ipſi juramento.*

50 *Cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio.*

51 *Statutum dicitur ſtrictiſſimi juris.*

52 *Extenſio non fit ceſſante identitate rationis.*

53 *Error juris, an inducat malam fidem.*

54 *Ex culpa ſua lucrari quis non debet.*

55 *Futurum jus an remitti poſſit, pulchrè.*

DIvino ſubſidio ex corde poſtulato, In auditorio conſilij juſtitiæ, ſcitè latéque tractatus fuit caſus ſequens, ſuper quo & ipſe ſcribere inſtitui ob ſcribentium multitudinem & varietatem, non ſolùm

 advo-

advocatorum, ſed etiam inter nos ipſos conſiliarios. Statuto Ferrariæ ſub rubrica. De indemnitatibus mulierum, cavetur, quod nulla mulier poſſit contractum aliquem facere etiam juratum, ſine conſenſu proximiorum præſentium, aliâs ſi abſint, aliorum ſequentis gradus, ſub pœna annullationis contractus ipſo jure, præſumendo juramentum aliâs dolo aut vi extortum. Modò pater conſenſit filię per nuntium ſpecialem, quæ conſenſum promiſit habere ratum & gratum, nec ei contravenire obligando bona propria. Deinde filia, quæ locaverat bona conſignata in dotem, ad formam l. ubi adhuc. C. de jur. dot. per quinquennium cum prædicto conſenſu patris, deceſſit: cui pater ſucceſſit nobilis dominus Thomas Cavalarini, civis Mutinenſis. Idem pater mortua filia tanquam eius hæres, egit ad annullationem dicti contractus coram magnifico domino procuratore generali illuſtriſſimi Ducis Ferrariæ, qui pronuntiavit contractum nullum de conſilio magnifici domini conſultoris cameræ. A qua ſententia fuit appellatum ad excellentiam ducalem, & commiſſa cauſa memorato domino procuratori generali decidenda, tamen de conſilio alterius conſultoris, id eſt, magnifici conſilij juſtitiæ, quæritur an benè vel malè fuerit judicatum per primum dominum conſultorem. Videretur dicendum prima fronte, benè fuiſſe judicatum. Nam præſupponendo (1.) citra præjudicium veritatis, quòd ille conſenſus patris mulieri præſtitus fuerit per procuratorem aut nuntium, *juxta not. in ca. cùm parati. de appellat. ubi Dec. Iaſ. in l. fin. in fi. C. de procur.*

quem

quem tāmen articulum hîc ad præſens tractare non intendo: Si filia contrahens poterat contravenire illi locationi invalidæ ob formam ſtatuti non ſervatā, tantundem videtur permittendum eius hæredi. *l. ſicut. § ſi debitori. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. ſolvi. l. haredem, ff. de reg. jur. & qua dixi in conſ. 200.* ¶ Neq; videtur obſtare, quod hæres conſenſerit contractui obligando bona propria, ob id, quòd jus ſuperveniens heredi, proficiat conductori. *l. cùm vir. ff. de uſucap. cum ſimi.* quia ſi heres ab initio & tempore contractus habuiſſet jus in bonis locatis per talem conſenſum, (2.) non ſibi præjudicaſſet, cùm fuerit præſtitus ex neceſſitate ſtatuti, non voluntariè. *l. cùm quadam. C. de admi. tut.* per quem tex. iſta in propinquo conſentiente ex forma ſtatuti, tradit *Bal. in conſ. 102. Punctus, ſuper quo. lib. 2. Paul. de Caſtr. in con. 259. Omnis difficultas lib. 1. & quod ſcribit idem Paulus de Caſt. in conſil. 423. Quia ſcio. lib. 1.* ubi, quòd gubernator civitatis interponens decretum in tranſactione ipſius civitatis, non præjudicat juri ſuo, quod habet in bonis contentis in tranſactione, qua tale decretum interponitur ex neceſſitate officij. ¶ Secundò conſenſus (3.) eiuſmodi non videtur nocere, ex quo actus ſuper quo interponitur, eſt nullus. Nam creditor conſentiens alienationi pignoris, ſibi non præjudicat, quando alienatio eſt nulla. *l. 4. § fin. l. ſi debitor. § quaritur. & l. ſicut. § venditionis ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolvit. l. debitum C. de remiſſio, pign. tradit Roman. in con. 132. ut retulit. Deci. in l. creditor. num. 2. ff. de reg. juris.* ſi conſentiens contractui invalido, aut ex ne-

ceſſitate, vel forma ſtatuti, non præjudicat juri ſuo, jam competenti de tempore conſenſus: quantò minus præjudicabit juri de futuro, quod difficiliùs tollitur, ut habetur *in l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. obl. & in l. 1. C. de pact.* ¶ Tertiò, licet pater conſentiens filiæ contrahenti ſucceſſerit ipſi filiæ, non tamen ex tali ſucceſſione videtur confirmari jus conductoris ex quo per talem conſenſum pater nõ obligabatur ex contractu, cui conſenſerat, quia (4.) conſentiens non obligatur ex contractu, cui conſenſit, ut ex eo poſſit conveniri: nam aliud eſt contrahere, aliud contrahenti conſentire, *l. aliud ff. de reg. jur.* & ita in conſentiente, quòd non obligetur ex contractu, tenet Bart. *in con. 211. Quidam ſibi filios, Anch. in conſ. 76. per modum conſilij, in ultimo dubio. Corn. in conſ. 256. lib. 1.* modo quando ex contractu ſuper re aliena quis non obligatur, ſi contrahens ſuccedit domino, ex dominio aut jure ſupervenienti non confirmatur jus emptoris, aut aliàs cauſam habentis à tali hærede. text. *eſt in l. ſi ſervo. ff. qui, & à quib.* ubi ſi manumittens aut dans libertatem ſervo alieno, ſuccedit domino ſervi, ex hoc non confirmatur datio libertatis: quia talis manumittens non obligabatur in aliquo ex tali manumiſſione. quem text. ad hoc citant *Bar. & doct. in l. cùm vir. ff. de uſucap.* Eodem modo cùm Thomas Cavalarini nõ obligaretur ex tali conſenſu, non videtur, quod ex ſupervenientia juris in perſona ipſius conſentientis, confirmetur vis conductionis. ¶ Quartò abſurdum (5.) videretur, quòd annullato contractu principali in perſona ipſius filiæ,

Digitized by Google

filiæ, conſenſus patris acceſſorius, viribus conſtaret. *l. cum principalis ff. de reg. jur. & quod ſcribit Bald. in conſ. 275. Præmiſſo ſtatuto communis Veronæ. lib. 5. ubi*, quòd revocato principali, debent revocari omnia acceſſoria, per *no. in cap. 2. de prec.* ¶ Quintò non videtur habenda ratio, quòd Cavalarinus conſentiens contractui invalido obligaverit bona propria: quia cùm non obligetur ex conſenſu, talis (6.) hypotheca conſiſtere non poteſt ſine obligatione perſonali. *l. ſi legati l. contrahitur. & l. ſeq. ff. de pig. Alex. in d. l. 1. nu. 24. ff. de leg. 1. & quod dicit gl. in l. fi. C. de hered. vel actio. vendit.* ubi quòd hypotheca non poteſt cedi ſine principali. ¶ Sextò, in iſta promiſſione rati & hypothecæ bonorum: videtur in eſſe tacita conditio, ſi actus de jure teneat: quia verba debent intelligi de actu valido & effectum habente. *l. 3. §. hæc verba ff. quod quiſque juris.* Ideò clauſulæ renuntiationum appoſitæ in compromiſſo, recipiunt conditionem tacitam, ſi compromiſſum ſortiatur effectum. *Bal. in l. ſi diverſa. C. de tranſa. Alex. in conſ. 22. lib. 1.* Similiter pœna adjecta compromiſſo recipit conditionem, ſi laudum ſequatur validum. *l. licet §. ſi ſervus, ubi Bart. ff. de pecul. l. apud Celſum. § item quæritur. j. cum gl. ff. de exceptio doli Curtius Senior in conſ. 53.* Et in terminis conſenſus, quòd recipiat tacitam conditionem, ſi actus ſit validus, dictum eſt ſuprà in ſecundo argumento, ubi allegata ſunt plura jura. Et eadem ratione dicendum eſt in promiſſione rati, quod recipiat tacitam conditionem validitatis actus, ſi valeat actus, ſuper quo de rato cautum eſt aut promiſſum, & faciunt

Digitized by Google

not.per Soci. *in conſ.215.in fin. lib.2.* ¶ Septimò non videtur obſtare (7.) promiſſio rati ipſius Cavalarini, quia videtur ſuperflua, *ut per Alex. & Jaſ. in l.ſi. procurator C.de procu.* Rurſus talis promiſſio de rato, non videtur augere nec alterare naturam obligationis, *clem.j.de praben.& not. Deci.in terminis iſtius promiſſionis in con.2.in fin.* ¶ Octavò (8.) ſtatutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum, videtur favorabile: nam eſt editum in favorem mulierum contra doloſos & fraudatores, ne mulieres imbeciliores conſilij decipiantur. Nam diſpoſitio quæ fit ad obviandum fraudibus, dicitur favorabilis, & latè debet interpretari. *l.j.§.pecuniam.ff.de calum.l.ſed & Iulianus.in pr. §.mutui datio ff.ad Macedon.cap.quantò de privile.* Imò (9.) etiam in materia odioſa, fit extenſio, quando agitur ut obviam eatur fraudibus. *cap.ſi civitas.de ſen.exc.lib.6.gl.fin.in cap.quanquam.de uſur.libr.6, Decius in con.398.in fin.& dicit Bal.in con.184. Municipali lib.5.* quòd ſtatutum factum ad obviandum fraudibus, dicitur bonum & æquum, & quod tale ſtatutum factum ad obviandum fraudibus, dicatur favorabile tradit Aret. *in conſ.2.ver. Ad ſecundum reſpondeo. Soc. in conſ.77.& in conſ.80. ver. nec obſtat ſeptimum lib.1. Corne.in conſ.186.verſi.nec obſtat ſeptimum argumentū. lib.2.* ergo tanquàm favorabile tale ſtatutum Ferrariæ latè debet intelligi, ut comprehendat non ſolùm obligationem perſonalem mulieris, ſed etiam acceſſoriam, quia favorabilia ſunt extendenda. *l.cùm quidam. ff de liber.& poſthu.reg.odia. de reg. jur. lib.6.* & adeò (10.) fit lata interpretatio in materia favorabili, ut

verba

verba ſumantur largè. ca. ſi.de præb.juncto ca.pen. de verb.ſign. per quæ duo jura ita dicit Cald. *in conſ. 29. in ti.de regular.* ¶ Nonò, maximè videntur præmiſſa procedere contra ipſum dominum Antonellum Vechium, qui contraxit contra prohibitionem ſtatuti, quo caſu videtur in dolo & mala fide. *regu. qui contra. de reg.jur. libr. 6. l. quemadmodum C.de agricol. & cenſi.lib. 11.*

¶ Decimo, agit actor ex jure, quod ſupervenit, & ſic ex jure de futuro, quod remiſſum dici non poteſt per ſimplicem conſenſum patris. *ut plenè habetur in in l.j.C.de pact.*

¶ Sed præmiſſis non obſtantibus, quæ verè non obſtant, contrarium putò de jure verius, quod imò malè contra jus, & æquitatem fuerit judicatum, & quod noceat conſenſus ipſi patri. Et pro fundamento præmitto illam concluſionem veram & indubitatam, quod (11.) ubi faciens actum circa rem alienam, ſibi præjudicaret ab initio, ſi ſtatim jus haberet, ſi jus ex poſt ſuperveniat, ſibi præjudicat, *l. ſi à Titio, ff. de rei vendica, l. ſi à Titio, ff. de except. rei judi. l. penu. ff. de fundo dotali l. apud Celſum. §. ſi à Titio. ff. de exceptio, doli d.l. cum vir. ff. de uſucap.* ſed Thomas Cavalarini, ſi de tempore conſenſus jus habuiſſet in bonis locatis, ſibi præjudicaſſet, ut ſtatim probabo, ergo jus ſuperveniens eundem effectum debet operari. ¶ Quod autem Thomas Cavalarini ſibi præjudicaſſet, ſi jus habuiſſet in bonis locatis de tempore conſenſus, probatur: quia (12.) conſentiens alienationi rei in qua jus habet, cenſetur jus illud remittere in

favorem

favorem acquirentis ipſam rem. *l. ſicut §. venditionis ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol. l. in tribus ff. pe. ff. de don. l. ſi ſervus communis ff. de do. inter vir. & uxo. l. apud Celſum §. quaſitum ff. de excen. dol. l. ſi fidejuſſor. §. pater. ff. de fidejuſſ. l. ſi fundum per fideicommiſſum l. omnibus §. nihil. ff. de leg. j. d. l. cùm quadam C. de admi. tuto. l. 2. C. de remiſſi. pig. c. j. in pr. ubi Bal. de prohi. alie. feud. per Frede. c. j. §. prætereà. quib. mod. feu. amit. in uſib. feud.*

¶ Secundo, principaliter (13.) fundatur exceptio, & jus domini Antonelli *in l. per fundum ff. de ſervit. ruſt. præ.* ubi conceſſio nulla firmatur ex jure ſupervenienti, quia actus ab initio non erat in totum nullus, ut ibi declarat Paul. de Caſt. & tradit *Dec. in l. quod in initio nu. 9. ff. de reg. jur.* ubi quod ſufficit actum valere ab initio aliquo reſpectu, ut firmetur tractu temporis ex jure ſupervenienti. Sed iſte contractus locationis ab initio erat validus, ſaltem reſpectu ipſius actoris conſentientis, & bona propria obligantis, *ut dicit Bal. in l. & ſi is. C. de præd. minor.* quod contractus principalis & acceſſorius curatoris alienantis contra prohibitionem juris tenent in præjudicium, & odium ipſius curatoris, licet non in odium minoris. & quod infra dicam de falſo procuratore ſuccedente domino, quod acta non dicuntur nulla in præjudicium ipſius procuratoris. Itaque cùm reſpectu ipſius patris conſentientis & promittentis de rato, cum hypotheca bonorum, teneat contractus, ne ipſe poſſit contravenire, dico, quod ex jure ſupervenienti ipſi actori contractus locationis convalidatur.

¶ Tertio, fundatur (14.) jus domini Antonelli per tex.

tex. in l. illicitè, ff. de reb. eorum, ſecundùm intellectum, quem tradit *Bart. ad illum tex. in l. cum vir. ff. de uſucap.* nam ibi tutor alienaverat prædium pupilli contra juris prohibitionem, non adhibitis ſolennitatibus juris: deinde in judicio tutelæ ſolvit pupillo ſeu adulto litis æſtimationem, per quam dominium rei venditæ erat acquiſitum ipſi tutori: volebat tutor tanquam exceptus, vendicare fundum ab emptore: dicitur quod repellitur exceptione, & tamen ibi non obligatur tutor emptori ex illa alienatione, quia nihil promiſerat emptori nomine proprio, ut Bart. intelligit in d. l. cum vir. dum allegat. d. l. illicitè, ex qua l. apparet, quod licet illa alienatio eſſet nulla, quo ad pupillam, non tamen erat nulla, quo ad tutorem alienantem. ideò licet tutor non obligetur de evictione, quia dedit tanquam tutor, tamen ipſe factus dominus, contravenire non poteſt, ſed exceptione repellitur, ſecundùm Bar. in d. l. cum vir. Si tutor, qui nihil promiſit nomine proprio, repellitur exceptione: quid hîc dicemus in actore, qui bona propria obligavit pro obſervantia promiſſorum, per eum, ſcilicet de rato habendo, & non contraveniendo conſenſui?

¶ Non obſtat, quod ideò tenetur tutor in d. l. illicitè, quia proprio nomine ſe obligaverit: quia iſtud conſiſtit in facto, quod non præſumitur, niſi probetur *l. in bello §. facta ff. de capti. c. cum in jure peritus de offi. dele. cum ſimi!.* Rurſus (15.) in dubio ille intellectus capiendus eſt, qui convenit rubricæ. *l. Imperator ff. de in diem addictio. Ita gl. Abb. & doct. in ca. bona. de confirma, utili & inutili. ubi Deci. ver. 4. ex gl. Alex. in*

l. j. in

l.j.in 3.notab,ff.ſi cert.peta. Sed ille titulus, de rebus eorum, ſub quo ſita eſt d.l. illicitè, loquitur in alienationibus, quæ fiunt per tutores aut curatores, & ſic tutorijs nominibus, non quando ipſi nomine proprio ſe obligant. Ideo non ſine myſterio Bar. in d.l. cum vir. allegavit illum tex. quando contrahens non obligatur ex actu, quem facit: Et intelligere d. l. illicitè, quando tutor ſe obligavit nomine proprio, nihil aliud eſt, quàm Bar. improbare in d. l. cum vir. quod ineptè allegaverit illum text. & tamen fruſtra hîc dicendum ſit de authoritate Bartò. quanta ſit circa veros & reales intellectus legum: & profecto neminem adhuc legi, qui doctrinam Bart. improbet in d.l. cum vir. circa illum articulum, ſuper quo allegatur ab eo d.l. illicitè. Ideo temerarium admodum viſum ſit Bar. in hoc pugnare cuius dictum fundatur in caſu legis. Sed ex alio dico, quod d. l. illicitè, non poteſt intelligi, quando tutor ſe obligavit proprio nomine, quia tex. dicit, quod tutori, qui ſolvit æſtimationem litis, inhibetur vendicatio prædij ex æquitate, ſi quidem proprio nomine ſe adſtrinxiſſet, non ſolùm excluderetur tutor ex æquitate, ſed etiam de rigore juris *l. vendicante. ff. de evict.* ¶Non obſtat, quod in d.l. illicitè, ideò (16) tenetur tutor, quia pretium receperit: quia reſpondeo, quod receptio pretij operatur, quo ad eius reſtitutionem: ſed nihil facit, quo ad vim contractus. & quod receptio pretij non habeatur in conſideratione, quo ad contractum, ut administrator teneatur, tenet Corn. *in con. 223. circa fi. libr. 3. Dec. in l. ſi inſtitorem. ff. ſi certum peta. & in conſ.*

510.

510.in 2 dubio. Ripa in l.ſi ſe non obtulit.ff.de re jud. itaque quod ibi tutor alienans non poſſit contravenire, non eſt, quia receperit pretium, ſed quia facto proprio contravenire quis non poteſt, etiam quod pro alio fecerit, & licet non teneatur, ut conveniri poſſit: tenetur tamen, quod ſi agat repellitur exceptione, & ita intelligit Bar. in d.l. cum vir. Et ſi velimus intelligere illum tex. quod tutor promiſerit: Dico, quod tunc tenebitur, etiam quo ad actionem. Nã promiſſio negativa de non contraveniendo, videtur tacitè ineſſe in omni contractu etiam pro alio celebrato, aliâs eſſet arguere dolum in contrahente, & pro hoc dicunt Doct. clauſulam rati ſupervacaneam eſſe in mandato, quia ſine ea tenetur dominus ratum habere, ut ſuprà dictum eſt. ¶ Ex præmiſſis tollitur argumentum, quod d.l. illicitè. habet varios intellectus, ob id quod ſuper ea fundamentum fieri non poteſt. Bart. *in l. in ambiguo ff. de rebus dub.* quia poſito quod ita eſſet, tamen prævalere debet intellectus Bart. quem tradit in d.l. cum vir. ad d.l. illicitè. rationibus memoratis. Præterea, (17) quando lex habet varios intellectus, ille prævalet, qui probari poteſt aut per alias leges, aut alias rationes. Bar. *in d.l. in ambiguo. ff. de rebus dub*. ſed intellectus Bar. in d.l. cum vir. ad d.l. illicitè, probatur *per l. ſi ſervo ff. qui. & à quibus*. ubi faciens actum non obligabatur, & tamen ſi contraveniat poſt jus ſuperveniens, locus eſt exceptioni contra eum, ſecundùm gl. ibi, ut dixi in priorib. ſcriptis. Probatur etiam ratione intellectus Bartoli ad d.l. illicitè. Nam qua ratione ſe obligans aut contrahens

trahens nomine proprio,tenetur etiam quo ad actionem, & ad ſervandum contractum contra tertium: eadem ratione conſentiens nomine proprio obligari debet reſpectu exceptionis, ut ſi contraveniat ſuo conſenſui,excipi poſſit contra eum, qui conſentiens actui,licet non obligetur,ut conveniri poſſit,obligatur tamen, ut contravenire non poſſit, & ſi contraveniat,ut excipi poſſit contra eum.Tertio,reſpondeo (18) ad dictum Bar.in d.l.in ambiguo, quod ubi lex habet varios intellectus,ille prævalet,in quo eſt maior ratio dubitandi. *Abb. in ca. cum in jure. per illum text.in j.notab. de offi.deleg. Dec. in l. quoties idem ſermo. circa ſi ff. de reg.jur. & in l.illam. C.de colla.* Sed intelligere d. l. illicitè. quando tutor ſe obligaſſet nomine proprio,eſſet lex de indubitabili, & de caſu claro: & eò magis eſſet de indubitabili,quia tex.dicit,quod inhibetur vendicatio prædij ex æquitate, quaſi dicat non de juris forma, aut rigore: & ſic præſupponit tex. quod tutor non ſe obligaverit nomine proprio, quo caſu de jure videbatur admittendus ad vendicationem prædij,ex quo vendiderat tanquam tutor, & finita erat tutela, & ſolverat litis æſtimationem minori. nam finito officio, adminiſtrator non tenetur. *l.fi.ff. de inſtitor. Ang.in l.procurator, qui pro evictione ff.de procur.* Sed tamen contrarium determinat text. de æquitate: quia licet vendiderit tutor nomine alieno,tamen pugnare, aut contrariari videtur æquitati naturali, quod ipſe tutor, qui alienavit minùs ſolenniter, poſſit contravenire & allegare nullitatem ad utilitatem ſuam, ex quo illa nullitas non reſpiciebat

perſonam

perſonam ipſius tutoris, ſed pupilli, & ſic quatenus attinebat ad perſonam tutoris, actus non erat nullus. Si autem tutor in d.l.illicitè,ſe obligaſſet nomine proprio,non fundaret ſe tex,ſuper æquitate,quia teneretur tutor & in æquitate & in rigore juris, & ſic tex.in d.l.illicie (ſi bene conſideratur) videtur quæſtionem iſtam omninò explicare, maxime juncta declaratione & doctrina Bart. in d.l. cum vir.ff.de uſucap. ¶ Quartò principaliter (19) pro ipſo d.Antonello facit text.in *l.etſi is. C.de prædiis minor*:ubi quando curator diſtraxit prædium minoris nulliter, ſi obligavit bona propria, & prædium evintiatur emptori, competit emptori hypothecaria in bonis curatoris, & ſic licet alienatio principalis ſit nulla, tamen conſiſtit acceſſoria, in qua non militat ratio favoris, propter quam contractus principalis irritatur. Nam, ut dicit gl. ibi in 3. lectio. curator eſt extra cauſam prohibitionis, quia non prohibentur alienari bona minoris in favorem curatoris, quod teneat obligatio bonorum curatoris,illud minorem non onerat.& illam tertiam lect.glo. ſequuntur doct. ut ibi per Alb. ubi Albe.dicit,quod nullum ſit præjudicium minori ex eo, quod curator tenetur, aut bona eius maneant hypothecata. Et per illum text. dicunt doct. quod annullata principali obligatione, non corruit acceſſoria, in qua ſit diverſa ratio, & in qua non millitat ratio annullationis, ut quia annulletur principale aliquo favore ſpeciali, non irritatur acceſſorium, quod non ſit æque favorabile,tradit Alex. *in l.ſi. §.ſi. ff.de condi.indeb.in addi.ad Bar.in conſ.59. verſ. quoad*

Q *ſecundum*

ſecundum lib.j. quod eſt repetitum in conſ. 39. lib. 4. Itaque licet vitietur contractus locationis per ſtatutum in favorem mulieris inductum, non tamen æque vitiabitur in favorem patris conſentientis, & obligantis bona propria: cùm ſtatutum editum fuerit ſolùm in favorem mulierum, & illa annullatio fiat jure ſpeciali, irritando etiam juramentum, & præſumendo illud dolo, & metu extortum. ¶ Nec obſtat, quod in d. l. etſi is, curator obligaverit ſe proprio nomine: quia text. nihil dicit de obligatione aliqua perſonali curatoris proprio nomine: ergo nec nos dicere debemus. *l. ſi ſervum § . non dixit prætor . ff. de acq. hered.* Loquitur tantùm text. de hypotheca, & ſi obligatio perſonalis interceſſiſſet, utique ſciviſſet tex. de ea exprimere, ſicut expreſſit de hypotheca. *l. Stichum, qui meus erit ff. de lega. j. l. unic. § . ſin autem ad deficientis, C. de cada. tollen. c. ad audientiam de decimis. ca. cum in partib. de verb. ſign. cum ſimil.* Imò veriſimiliùs, & priùs feciſſet text. mentionem de obligatione perſonali, & principali, ſi interveniſſet, quàm de hypothecaria, argu. *l. prætor ait. § . quod autem. ff. de injur. l. eos. C. de aquaductu. lib. 11.* Secundo reſpondeo, quod iſte intellectus eſt divinativus: ergo non admittendus. *l. ſi putator ff. ad leg. Aquil. ca. ut noſtrum, ut eccleſia benefi.* Rurſus per iſtum intellectum præſumitur factum, de quo non apparet, contra *l. in bello ff. facta. ff. de capti. & poſtl. reverſ. l. quacunque ff. de publicia. l. uni. C. de manda. prin. ca. cum in jure. de offi. dele.* Nec eſt veriſimilis iſte intellectus, quod curator ſe obligaverit: quia ſi ita eſſet, veriſimiliter de eo dictum eſſet, ut ſuprà eſt dictum.

Digitized by Google

dictum. Ergo intellectus iſte tanquam non veriſimilis, rejici debet, ſicut dicitur in teſtibus deponentibus non veriſimilia, quod eis non creditur. *l. ob carmen §. fi. ff. de teſtib. ca. in noſtra. eod. titu.* Tertio reſpondeo, poſito (20) citra præjudicium veritatis, quod curator ibi proprio nomine ſe obligaverit, iſtud nihil ad rem, nam obligatio perſonalis curatoris conſideratur reſpectu actionis, ut ipſe teneatur de evictione contra tertium, ſi res evincatur per minorem: ſed reſpectu exceptionis, ut poſſit excipi contra ipſum curatorem agentem ad prædium alienatum ad utilitatem propriam ipſius curatoris, non eſt opus, quod ipſe ſe obliget proprio nomine, ita Bar. in d. l. cum vir. ff. de uſucap. ubi Bar expreſsè voluit, quod licet quis non obligetur ex contractu, quem facit, ut quia vendiderit nomine officij, tanquam tutor, vel curator, tamen reſpectu exceptionis prodeſt ſupervenientia juris in perſona talis contrahentis, per tex. in d. l. illicitè. Sed hîc ſolùm agitur, ut excludatut agens per viam exceptionis, propter conſenſum ſuum, quem præſtitit cum promiſſione de rato, & obligatione bonorum, nam quod operatur expreſſa obligatio & promiſſio reſpectu actionis quærendæ, hoc operatur ſimplex conſenſus reſpectu exceptionis parandæ, ut patet ex jurib. ſuprà allegatis in primo fundamento facto in favorem d. Antonelli rei conventi. Itaque dicere, quod in d. l. etſi is. C. de præd. minor. ideo tenet hypotheca, & agi potuit hypothecaria, quía curator expreßè ſe obligavit: ſed quod in caſu iſto non nocet conſenſus actori, cum hypotheca bonorum, quia

Digitized by Google

ipſe non ſe obligavit, nihil aliud eſt, quàm dicere, non datur actio ſine obligatione expreſſa: ergo nec exceptio, quod eſt abſurdiſſimum in jure: quia datur exceptio, licet non competat actio. *l. purè. ff. de exceptio doli. l. militis codicillis §. veteranus. ff. de teſta. mili. l. pen. § fi. ff. de bon. poſ. ſecun. tab. toto tit. ff. de condi. ob turpem cau. reg. in pari de reg. jur. lib. 6.* Similiter pactum nudum prodeſt ad excipiendum, licet non ad agendum. *l. juris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact.* Quarto reſpõdeo, (21) poſito, & non conceſſo, quod in d. l. etſi is, curator proprio nomine ſe obligaverit, tamen etiam principalis contractus alienationis prædij minoris ſine illa obligatione curatoris acceſſoria tenet, & valet in odium ipſius curatoris, adeo, ut ipſe curator ad proprium commodum contravenire non poſſit, ſecundum Bal. ibi, ut dicit alios velle, quod utrumque valeat, id eſt, principale, & acceſſorium in præjudicium ipſius curatoris. Licet autem Bal. dicat, quod prima opinio poteſt ſuſtentari, ut valeat obligatio curatoris acceſſoria ſine principali: tamen non negat, quin etiam valeat principalis in odium ipſius contrahentis ita ut contravenire non poſſit. Imo iſtud videtur Bald. habere pro indubitato, quia tunc minùs incidit difficultatis, quod conſiſtat accèſſoria obligatio, cùm habeat principalem, cui nitatur, & hæreat: ſecùs, quando principalis nullo modo valeret: quia tunc maius cadit dubiũ, quod conſtet acceſſorium ſine principali, & tamen dicit Bal. quod licet ſit maior difficultas firmandi acceſſorium ſine principali, tamen adhuc iſtud poteſt ſuſtineri, licet præcedens

cedens dictum faciliùs ſuſtineatur, & hoc modo intelligendo concordat d.l.etſi is, cùm d. l. illicitè.ff.de rebus eorum. ubi apertiſſimè probatur, quod alienatio facta per tutorem non ſolenniter, tenet in odium ipſius tutoris, ſic ut ipſe contravenire non poſſit, & iſta declaratio, & intelligentia videtur realis, naturalis & pleniſſima æquitatis, quæ etiam non mediocriter juvatur ex dictis infra in octavo fundamento.

¶ Quintò principaliter (22) in favorem d. Antonelli adduco, quòd poſt longam diſputationem tandem concludit Antonius de Nicellis *in tracta. de concord. gl. concordia 120. n. 460. in fine illius numeri, & num. ſeq. ubi*, quod maritus qui alienavit fundum dotalem contra prohibitionem legis Iuliæ, poteſt contravenire alienationi, vivente uxore, & ad commodum uxoris, ſed, ea mortua, non poteſt contravenire ad commodum ipſius mariti, & licet veniat tanquam heres, & ſic ex perſona uxoris, tamen excluditur ex facto ſuo proprio. Eodem modo dicendum eſt, quod pater, qui conſenſit locationi filiæ, ea mortua, non poſſit contravenire ad utilitatem ipſius patris, ceſſante cauſa favoris filiæ. Nec obſtat, quod maritus ipſe alienaverit: (23) quia tex. in d.l. cum vir. ff. de uſucap. loquitur etiam eo caſu, quo maritus alienans non tenetur de evictione: ut quia vendidit emptori ſcienti fundum eſſe dotalem, quo caſu non agitur de evictione, etiam reſpectu pretij, niſi aliter cautum ſit. *l. ſi fundum C. de evict. l. ſi fratres. C. com. utriuſq; jud. glo. in c. ad audientiam, de reb. eccl. non alie. Paul. de Caſt. in l. emptorem. § fi. in fi. ff. de actio. empti.* & ſic licet maritus

non obligetur ex alienatione, quam fecit, & conſequenter ſua non interſit alienationem confirmari: tamen confirmatur reſpectu exceptionis, ut maritus contravenire non poſſit,& ſi contraveniat,repellatur exceptione,& ita d.l.cùm vir. inducit Corn. *in conſ. 170.ver. nec deciſio iſta fundatur. libr.4.* & hoc modo conſiderando d.l.cùm vir.concordat cum d. l. illicitè, ubi etiam tutor, qui non obligatur ex contractu, illi tamen contravenire non poteſt ad commodum ipſius tutoris. ¶Sextò,principaliter (24) in favorem partis conventæ,adduco tex.in l.ſi ſerv. ff. qui, & à quibus, juncta glo. ibi, ubi ſi manumittens ſervum alienum,ſuccedit domino, licet ex jure ſupervenienti non obligetur,tamen ſi moleſtet ſervum in libertate data,repellitur exceptione,ſecundũ gl. ibi. & idem tradit glo. *in l.ſi ab eo.C.de libera.cau.* quas gl.in effectu ſequitur Bar.in d. l. cum vir. dum allegat. d. l. ſi ſervo. circa illud membrum,quo quæritur de confirmatione actus ex jure ſupervenienti, quò ad actionem. Ergo clarè præſupponit illam legem non procedere reſpectu exceptionis. Rurſus Bar. in ſua diſtinctione & doctrina, quando loquitur, an confirmetur jus,quò ad exceptionem,loquitur ſimpliciter, non diſtinguendo, an auctoris intereſſet,vel non: id eſt, an auctor eſſet obligatus vel non, quam diſtinctionem ,interſit vel non,ſolùm facit,quando quæritur de actione quærenda ex ſupervenientia juris, & ſic clariſſimè vult Bart. quod ubi quæritur de excipiendo tantùm, indiſtinctè fiat confirmatio ſive interſit auctoris eam fieri, ſive non, obligetur auctor,

ſive

ſive non. Idem quod ſupervenientia juris operetur confirmationem actus, quoad excipiendum, licet auctor ex contractu non obligetur, nec interſit eius confirmari, tenet Paul. de Caſt. *in d. l. cum vir. ver. ſi autem non ex cauſa de præterito. ff. de uſucap. gloſ. etiam in d. l. ſi ſervo. ſequitur Alber. in d. l. cùm vir. circa finem.*

¶ Septimò conſidero, (25) quòd ſtatutum debet intelligi ſecundum jus commune, & ut minùs illud corrigat, quàm ſit poſſibile. *l. 2. C. de noxalib. cap. cùm dilectus de conſuet. cap. ad audientiam. ubi Abb. & Doct. de cleri. non reſid.* Nam leges communes ſe extendunt ad ſtatuta: & ideò dicitur, quod ſtatuta recipiunt interpretationem paſſivam à jure communi. *l. j. §. lex Falcidia. ubi Bar. & Doct. ff. ad legem Falcidiam. Bart. etiam in l. omnes populi. in 3. quæstio. ſexta quæstio. principal. ff. de justi. & jure.* & illud quod eſt de jure communi, dicitur de mente ſtatuti, quod à jure communi recipit robur. *Paul. de Caſt. in con 452. Viſo puncto ſuprà ſcripto. ſuper primo quæſito. lib. 2.* Ampliùs ſtatutum recipit interpretationem à jure communi, licet in materia ſtatuti jus commune diverſimodè loquatur. *Roma. in con. 104. Pater reverende, ver. 2 per id allegat. glo. ſing. in cap. fraternitas. 34. diſt.* ſed de jure (26) communi, quando introducitur aliqua diſpoſitio ſpecialis favore alicuius perſonæ, talis diſpoſitio perſonam illam non egreditur, nec trahitur ad aliam perſonam eiuſmodi favore non dignam, licet ipſa alia perſona actum faciat nomine ipſius perſonæ privilegiatæ, text. eſt in *d. l. illicitè. ff. de reb. eorum. & in d. l. etſi is. C. de præd. mino.* ubi licet tutor contrahat nomine pu-

pilli ſine ſolennitatibus juris, & actus annulletur favore pupilli, aut minoris: non tamen annullatur favore tutoris, vel curatoris, ut ipſi poſſint contravenire ad commodum eorum proprium: quia favor pupilli, aut minoris, non reſpicit eorum adminiſtratores, ideò lex habuit pro iniquo, quod tutor poſſit allegare nullitatem actus ad ſui commodum, licet actū geſſerit pro alio. Ita iniquitatem in tutore contravenientе conſiderat text. in d. l. illicitè. in fin. dum dicitur, quod repellitur tutor ex æquitate, ergo inique agit contraveniendo: quia iniquitas dicitur, quod æquitati repugnat. Eodem modo dicendum eſt in ſtatuto Ferrariæ annullante contractus mulierum, non ſervata eius forma propter favorem ipſarum mulierum imbecillioris conſilij, quod iſtud ſolùm intenderit obſervari, quoties agitur de commodo mulieris, non etiam egrediatur ſtatutum perſonam mulieris, ut procedat in favorem conſentientis mulieri ita contrahenti, & promittentis de rato cum hypotheca bonorum, eo caſu, quo ex tali conſenſu, promiſſione & hypotheca bonorum, mulieris cauſa non oneratur, nec ei præjudicium infertur. Nam in favorem alterius perſonæ tali favore minimè dignę, nihil intendit ſtatutum providere, ſed imputandum eſt ita conſentienti, promittenti, & bona propria obliganti, ob id ſtatutum operari non debet ultra intentionem ipſorum ſtatuentium. *l. non omnis. in pr. ff. ſi cert. pet.*

¶ Rurſus (27) quælibet diſpoſitio reſtringitur à ſua cauſa finali. *l. cùm pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2.* *Bald.*

Bald. in conſ. 209. Illa verba libr. 3. quod procedit etiã in diſpoſitione concepta verbis univerſalibus, quæ non obſtante univerſitate verborum reſtringitur à ſua cauſa finali, quæ non adaptatur ad rem, de qua agitur. Aret. *in con. 161. Verum eſt, quod comicus. ver. hoc præmiſſo dico indubitanter.* ſed cauſa finalis ſtatuti Ferrariæ annullantis contractum, fuit fragilitas ſexus, & imbecillitas conſilij mulieris: ergo reſtringi ſtatutum debet, ut non comprehendat perſonam maſculi, ad quem favor ſtatuti minimè pertinet, ſed tunc proprie convenit regula juris, quod caſus omiſſus in ſtatuto remanere debet in diſpoſitione juris communis. *l. ſi extraneus. ff. de condi. cauſ. da. l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthu. l. ſi cùm dotem. in pr. ff. ſol. mat. cum ſimil.* § Octavo principaliter adduco (28) quod ſcribit Ioan. And. *in addi. Specu. in tit. de ſent. prola §. quoniam ver. quid ſi procurator.* ubi ſi falſus procurator ſuccedit domino, non poteſt dicere ſententiam nullam, quia allegaret turpitudinem ſuam. Nec obſtat ſecundùm eum, quod facto proprio contraveniri poteſt, quando eſt nullum ipſo jure: quia reſpondet, quod acta non ſunt nulla in præjudicium ipſius procuratoris, ſeu quo ad eum, ſed ſolum reſpectu domini, quod dictum refert & ſequitur Iaſ. *in l. juſiurandum, quod ex conventione. §. fin. ver. hinc ex prædictis, ff. de jurejur.* Et licet Ioan. And. aſſignet aliam etiam rationem, quod procurator falſus tenetur ad intereſſe: tamen iſtud nihil obſtat, quia ubi militant in diſpoſitione plures rationes, ſatis eſt, quod una conſtet, licet aliæ deficiant, aut ceſſent,

l.liberorum §.notantur.ff.de iis,qui no.infam. l.ſi ventri. §. in bonis. ff. de privileg. credi. §. affinitatis. Inſtit. de nupt. Ideò ſatis eſt in caſu iſto, quod contractus locationis non ſit nullus reſpectu patris conſentientis, promittentis de rato, & obligantis bona propria, adeò ut ipſe factus heres filiæ contravenire non poſſit ad ſui commodum. Rurſus,illa ratio in dicto Ioan.Andr. quod ideò procurator falſus & idem heres domini contravenire non poſſit: quia tenetur ad intereſſe,obſtaret in caſu noſtro,quando reus conventus moleſtatus à tertio, vellet agere contra actorem de evictione, aut ad intereſſe, & allegaretur contra eum dictum Ioan. Andr. nam exciperet, quod ipſe non tenetur ad intereſſe,prout falſus procurator.At hîc ſolùm agitur de excludendo patrem agentem per exceptionem, quo caſu militat contra actorem ratio Ioan.And.quod actus non eſt nullus ad prejudicium ipſius actoris,quæ ratio Ioan. Andr.optimè,& appoſitiſſimè videtur convenire cum dicto Bald.*in d.l.etſi is.C.de præd.mi.*quod ibi illa obligatio principalis ſeu principalis contractus non eſt nullus in odium curatoris, etiam ceſſante obligatione acceſſoria, ſed quod utrumque valeat, & tamen conſiderando obligationem principalem ſine acceſſoria, curator ipſe non modo obligabatur nomine proprio,& tamen dicitur,quod actus principalis non eſt nullus reſpectu ipſius curatoris. Ex quo Baldi dicto apparet,quod dictum ex prima ratione Ioan. And. efficaciſſimè facit ad deciſionem totius difficultatis.Ad quod etiam vehementiſſimè facit d.l. illicitè, ubi etiam tutor non obli-

obligabatur, nec tenebatur ad intereſſe, & tamen ipſe contravenire non poteſt ad ſui commodum, quia quo ad eum, actus non erat nullus.

¶ Nono conſidero, (29) quod diſpoſitio quælibet ita intelligi debet, ut aliquid operetur. *l. ſi quando ff. de lega. j. ca. ſi Papa. de privil. lib. 6.* quod procedit, etiam in materia ſtricta, & odioſa. *Cald. in conſ. 6. in fin. in ti. qui filij ſint legit.* ubi loquitur in materia diſpenſationis. Similiter renuntiatio generalis trahitur ad caſum fortuitum, quando alias nihil operaretur. *Bar. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum. verſic. quarta fuit opinio ff. ſi quis cautio. Aret. in conſ. 104. Brevitas verſ. ultimo hoc clarè patet. Curt. Iun. in tracta. feud. in 4. parte qu. 22.* imò toleratur impropriatio verborum potius, quam ut illa nihil operentur. *l. ſi uno. in pr. ff. locati. l. ſi olei. C. eod. tit. l. quibus diebus §. dominus. & quod ibi Bar. ff. de condi. & demonſt. & dixi in conſ. 135.* modo iſte conſenſus patris cum promiſſione de rato & obligatione bonorum ſuorum, quid, inquam, omnia iſta operabuntur, niſi intelligantur in caſu, quo tractaretur de annullando contractum per ipſum patrem, & quatenus ad eum attinere poſſet? Nam reſpectu mulieris, ſi ipſa contraveniat, dicitur illa non operari: quia conſenſus minus legitimè præſtitus mulieri non nocet. *l. quoties ff. qui ſatiſd. cog.* nec erat opus reſpectu mulieris, quod pater aliquid promitteret de rato, & minus, quod obligaret bona propria, ſed ſatis erat, quod conſentiret ſimpliciter, vel conſtitueret nuntium ſpecialem ad conſentiendum. Itaque illa promiſſio rati, & hypotheca bonorum interve-

vene-

venerunt reſpectu perſonæ patris, ut ipſe contravenire non poſſet, quatenus ad eum pertinet, neque vitiari contractus poſſet ex defectu conſenſus ipſius patris. Ergo, ut operetur talis promiſſio rati, & hypotheca bonorum, neceſſario dicendum eſt, quod pater quatenus ad eum attinebat, voluerit promittere, prout & promiſit, de non contraveniendo, etiam caſu, quo mulier ipſa poſſet contravenire, nam illa obligatio bonorum propriorum apertiſſimè arguit, quod pater noluit ſtare in puris terminis ſimplicis conſenſus, ut infrà dicam, reſpondendo ad contraria

¶ Decimò, ultra talem conſenſum cum promiſſione rati, & hypotheca bonorum, concurrit alia promiſſio eiuſdem actoris in literis ſuis miſſivis, aut eius filij, & recognitis in judicio in hæc verba. *Circa amãdato, mio padre lo mutata molto voluntieri & magiormente quando intendera che voy lo tolite: ma per queſto non reſtate di fare lo inſtrumento ſopra di me ſenza altro mandato, che io ut prometto che mio padre fara quanto vorrete voy & adviſate mi che lo faro fare.* In quo fundamento præſupponendum eſt, quod filius recognovit literas, & ipſe ſolus cauſam ſemper egit patre ad judicia minimè apto, ſed domi ſemper agente ob corporis craſſitudinem, & negotia filij nunquam non approbante. In quibus literis miſſivis conſidero, quod inductus fuit dominus Antonellus ad ita contrahendum ex verbis hortativis, & confirmativis ipſius ſcribentis, ut mirandum ſit, quomodò potuerit judicium eiuſmodi inferre, & conductorem inquietare nomine illius contractus, quem ad verba tam effica-

efficacia ipſius agentis celebravit. Nam (30) in dolo videtur pars, offendendo eius fidem, & promiſſionem *l. dolus ff. mand. l. j. §. eſt autem apud ff. depoſit. l. vendicantem ff. de evict.* imò in crimen incidit ſtellionatus, fidem non ſervans. *l. Titio ff. ad Municipal.* & efficitur infamis. *Bal. in l. feliciſſimam C. de ijs, qui à non domin. Iaſ. in l. j. §. nuntiatio verſ. quintò & ultimò ff. de oper. novi nunt.* ſed ultra Iaſo. quod fidem non ſervans, efficiatur infamis, addo text. *in l. furti. §. mandati ff. de ijs, qui not. infam. not. Bal. in con. 291. Ad evidentiam lib. 2. & quod ſcribit Bar. in l. pecunia, in fine ff. de alim. & cibar. legat. & in l. ſi fidejuſſor. in fin. ff. de fidejuſ.* ubi, quod fidem fallere verecundum eſt, licet pacto nudo promiſſa ſit. ideò ſi fidejuſſor repetit à principali, quod pro eo ſolvit, non poteſt imputari, cur non oppoſuit adverſus creditorem de pacto nudo, ſequitur Iaſ. *in l. juris gentium §. ſed cùm nulla in 3. limitat. ff. de pact. in l. fideicommiſſum ff. de cond. inde. & in l. ſi mora. ff. de ver. obl. Addo ultra Jaſ. Abb. in conſ. 60. lib. j.* Quid (31) hîc dicemus in pacto veſtito, & efficaci facto, parte præſente, propter efficaciam ſcripturæ, in qua promiſſio facta eſt? nam ſcriptura ſemper loquitur, ob id cenſetur habitum pactum cum præſente, poſtquam venit ſcriptura ad eius manus, ut habetur in *l. nuda ff. de don. Bar. in l. cum tabernam. §. idem quæſiit. in fin. ff. de pign. Aret. in con. Si videtur dicendum. in pr. Soc. in con. 64. in fi. libr. 3. Bal. Novel. in tracta. de dote, in 6. parte, privilegio 78. ver. nec obſtat ratio Bar.* ob id nova quædam & prodigioſa videtur verecundia, fidem in ſcriptis datam, offendere, quam ipſam

ipſam ratam & integram ſervari æquitatis cuſtos fideliſſimus prætor mandat in l.j.ff.de pact. ¶Vndecimo, conſidero (32) quòd ſubveniri volunt jura deceptis ſub aliorum confidentia. *l.ſi libertus ita juraverit ff.de oper.liberto l.creditor.§.Lucius.ff.mandat.ca.quantò.de jurejuran.ca.cùm veniſſent.de inſtitu.* Planè ſi revocatur contractus conductionis, reperitur conductor læſus ſub confidentia actoris, conſiderato tenore literarum ſcriptarum ex voluntate ipſius agentis per filium, in quibus dicitur, ne dubitaret reus contrahere ſub verbo & fide ipſius ſcribentis.

¶Duodecimo, conſidero (33) quod ipſe Thomas Cavalarinus cauſam nullitatis (ſi qua ſit) præbuit, ſcribendo per filium literas adeo efficaces, quibus inductus fuiſſet ad contrahendum, ob id audiendus non videtur allegans ipſam nullitatem, cui cauſam dedit.*l.j.§.ſi omnes in fin.ff.de vent.inſpi.*ubi ſi maritus poſt divortium fecerit inſpici ventrem uxoris, an eſſet prægnans vel non, ſi non inveniatur prægnans, non tenetur maritus ex tali inſpectione injuriatum, quando mulier tali inſpectioni cauſam dedit, quia conſtante matrimonio finxiſſet ſe eſſe prægnantem. *Ad idem gl.in l.j.§.fi.alias eſt in l.2.in fi.gl.ff quand.actio de pec.eſt anna.*ubi, quod errorem alteri imputare non poteſt, qui erroris cauſam præbuit. tradit *Pau.de Caſt.in conſ.307.Videtur, quòd non retineant.lib.2.* itaque præbuit agens cauſam nullitati, ſcribendo ad ipſum reum per filium, ut in fide ſua contractum iniret, ob id talem nullitatem inique modo videtur objicere. Et quod præbens cauſam nullitatis, eam op-

ponere

ponere non poſſit, tradit *gl. Pragm. Sanct. in ti. de elect. §. licet dudum. in verbo canonicas. ante ſinem.* ¶ Decimo tertiò, poſito (34) quod etiam reus conventus fuerit in culpa non proſpiciendo rei ſuæ, & providendo, quod contractus ſolenniter fieret, Dico quod in pari culpa potior eſt cauſa ipſius tractantis de vitando damno. *Barto. in l. cum mulier. ff. ſol. matr.* ubi ſtante ſtatuto, quod de quolibet contractu ſolvatur gabella, aliâs contractus ſit ipſo jure nullus, ſi neuter contrahentium ſolvat gabellam, potior eſt cauſa eius qui tractat de damno vitando, ideò alter contrahens agens de lucro, non poteſt objicere nullitatem contractus ob gabellam non ſolutam, ſequitur *Fel. in ca. dilecti. de except.* ¶ Decimoquartò, licet ex pręmiſſis clariſſima videatur facta res, tamen poſito & non conceſſio, dubium dici poſſet, an iſte contractus poſſit reſcindi per tertium, qui conſenſit cum promiſſione rati, & obligatione bonorum, ad utilitatem ipſius tertij ceſſante cauſa, & favore mulieris, propter quam ſtatutum eſt conditum? Dico quod (35) in dubio judicandum eſt contractum revocandum non eſſe. *l. ſi inter virum. ubi Soci. in ij. not. ff. de reb. dub. Fred. de Senis in conſ. 233. Caſus talis eſt, monaſterijs. Paul. de Caſt. in conſ. 278. Paſſus iſte dubitabilis lib. j. Alexand. in con. 157. libr. vij. Dec. in conſ. 168.* ¶ Memoratis fundamentis ita jactis & confirmatis pro parte rei, ſupereſt, ut veniamus ad confutationem argumentorum, quę in gratiam actoris propoſita ſunt, ad quæ reſpondeo in ſpecie. Itaq; non obſtat primum argumentum, quod Thomas Cavalarinus ſibi non præjudicaſſet præſtando

ſtando conſenſum, tanquam pater ex forma, & neceſsitate ſtatuti, cauſa cognita: quia reſpondeo duobus modis. Primò (36) quod in caſu iſto non poteſt dici cõſenſus præſtitus ex forma ſtatuti, ita quod cogeretur., quia ſtatutum ſolùm cogit præſentes propinquos, in loco, non etiam abſentes, ut patet ex lectura ſtatuti, ob id conſenſus in abſentia præſtitus fuit merè voluntarius, & ſic ceſſat ratio *d. l. cum quadam C. de admin. tuto. ſuper qua ſe fundant Bal. & Paul. de Caſtr. in contrarium allegati.* conſequenter ceſſat legis diſpoſitio. *l. adigere. §. quamvis ff. de jur. pat. c. cum ceſſante. ubi latè Moder. de appell. & c. ij. de tranſa. cau. Neophytus. 61. diſt.* Imò (37) correcta ratione legis cenſetur correcta lex. *gl. ſing. in l. j. in prin. in verb. providentiã ff. de legit. tut. Salicet. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſan. eccleſ. cum ſimil. ut per Alex. in l. quod dicitur. ff. de ver. obli.* & iſtud ſine dubio videtur hîc procedere, quia ratio neceſsitatis officij exprimitur in *d. l. cùm quadam C. de admin. tut.* quo caſu quando ratio exprimitur in lege, ea ceſſante, ceſſat lex, ut per Iaſo. *in l. ſi convenerit. ff. de re jud.* Et quòd conſenſus (38) pręſtitus ratione officij, & nomine alieno, noceat, quando voluntariè eſt præſtitus, probatur *in l. fi. ff. de inof. teſta.* ubi ſi filius exheredatus advocaverit ſeu patrocinium advocati præſtiterit pro legatario, cenſetur approbare teſtamentum, nec poteſt illud querelare. Ad idem tex. in *c. ex literis. cum gl. j. de tranſact.* ubi qui ſcienter patrocinatur petenti rem propriam ipſius advocati, ſibi præjudicat. quæ duo jura ad hoc citat *Pau. de Caſt. in con. 314. Omiſſo primo, & ſecundo dubio. in fi.*

Digitized by Google

in fi.lib.ij.ubi & Paul.allegat. Jo. Andr.in c.inter dilectos in verſ.inter alios. de fide inſtr. Ecce licet advocatus conſentiat pro alio,& nomine officij, tamen ſibi prejudicat. Ratio, quia licet officium advocati ſit publicum, & cogatur advocatum agere, ſeu pro alio patrocinari. *l providendum C. de poſtul.* tamen non cogitur poſtulare pro alio contra ſeipſum, itaq; imputatur advocato, cur poſtulaverit pro alio, in cauſa, in qua ipſe prætendebat intereſſe, ad idem adduco *text.in l.ex ſententia ff. de teſta.tutel. & in l.uxori.§.j.ff.de falſis.* ubi ſi notarius adſcribit ſe tutorem in teſtamento, non poteſt ſe excuſare à tutela, quia adſcribendo, conſenſiſſe videtur, quæ duo jura apertè faciunt contra *Cor.in conſ.208.lib.iiij.* ubi voluit, quod notarius conficiens inſtrumentum ſuper re, in qua jus habet non præjudicat juri ſuo. Nam non cogitur notarius recipere inſtrumentum contra ſeipſum, & in terminis de tali conſenſu præſtito ex forma ſtatuti, quod noceat conſentienti, tradit *Soc.in conſ. 43. & ſeq.li.iiij.per gl.in d.c.ex literis.in gl.ij.de tranſ.* ubi, quòd præſtans auctoritatem in aliquo actu ſibi præjudicat. Sed iſtud intelligo procedere, quando non cogitur quis ad præſtationem talis conſenſus authoritatis, per ſuprà ſcripta. Secundò reſpondeo (39) ad argumentum, poſito non tamen conceſſo, quod talis conſenſus patris fuiſſet neceſſarius, & quod pater præſens conſenſiſſet ad formam ſtatuti, adhuc tamen ſibi præjudicaſſet promittendo habere ratum, & gratum ipſum conſenſum, cum hypotheca bonorum ipſius patris conſentientis: quia ſtatutum ſolùm co-

Digitized by Google

git ad conſentiendum pro filia, non autem ad pro-
mittendum nomine proprio, obligando bona pro-
pria. Nam obligando bona propria, excedit termi-
nos ſui officij. *tex. eſt in l. etſi is. C. de præd. min.* ubi, ſi
curator vendens rem adulti minùs ſolenniter, obli-
get bona propria pro cauſa contractus, tenet obliga-
tio curatoris, & ex ea competit emptori hypotheca-
ria contra bona curatoris obligata. Et quod gerens
actum nomine alieno, teneatur nomine proprio,
quando obligavit bona propria, tradit *Soci. in conſ.
100. verſ. ſecundò, quia lib. iij.* Ratio eſt, quia obligando
bona propria excedit limites ſui officij, cùm pro alio
non teneatur quis obligare bona propria, ſicut dici-
tur, quando adminiſtrator promittit pro ſe, & here-
dibus, quod obligatur proprio nomine, quia excedit
limites officij. *Bart. in l. poſt mortem §. tutor. poſt prin.
ff. quando ex fact. tuto. Bal. in l. ei, qui ſervo. C. quod cum
eo. Ancha. in con. 23. Verba ſtipulationis. ver. tertiò hoc
probat.* Nam officium adminiſtratoris, non tranſit ad
heredes. *l. cuius bonis. ff. de curat. furi.* ideò promitten-
do pro heredibus, excedit limites officij. Et in termi-
nis quod conſentiens pro alio, aut alieno nomine, ſi-
bi præjudicet, quando non præſtat nudum miniſte-
rium, ſed nomine proprio quid agit, voluit *Bal. in
conſ. 233. Nobilis vir. circa fi. lib. v.* ſed iſte pater non
ſtetit in finibus nudi miniſterij obligando bona pro-
pria. ¶ Non obſtat (40) ſecundum argumentum,
quòd actus locationis dicatur nullus ob id, quod
conſenſus non videtur nocere, ſicut dicitur in credi-
tore conſentiente alienationi pignoris, quod ſibi non
preju-

præjudicat, quando alienatio eſt nulla. Quia reſpondeo, quod argumentum procedit, quando alienatio eſt nulla aliundè quàm ex defectu conſenſus ipſius creditoris, non eſt mirum, ſi nullitas contractus extenditur ad conſenſum. Sed hîc prætenditur nullitas ſolùm ex defectu conſenſus minùs Legitimè preſtiti, ut adſeritur: ut quæritur an noceat conſenſus ipſi conſentienti, in cuius perſona ceſſat ratio nullitatis, poſito quod non noceat venditori ipſius pignoris, & ſic jura in contrarium allegata, loquuntur in caſu diverſo habente rationem diverſam & ſeparatam. Secundo reſpondeo, quòd contraria procedunt in nudo & ſimplici conſenſu, ſed hîc adeſt obligatio nomine proprio, cùm fuerant obligata bona propria ipſius patris conſentientis. Tertio reſpondeo, quod contraria procedunt, quando principalis alienatio ſit nulla de jure comi, & ordinatio, ita quod ratio annullationis concernens principalem alienationem, militat etiam in conſenſu acceſſorio. Ob id ſublato principali, tollitur & acceſſorium. Sed caſus noſter loquitur, quando contractus principalis annullatur jure quodam ſpeciali, & extraordinario, introducto in favorem ſexus muliebris imbecillis, qui favor non militat in perſona patris conſentientis. Ob id annullato contractu principali non vitiatur conſenſus acceſſorius, in quo ratio eadem non procedit *text. eſt in d. l. et ſi is. C. de præd. min. cum alijs ſuprà latè adductis in quarto fundamento pro parte rei conventi.* Quarto reſpondeo, quod contraria procedunt, quando actus principalis in totum eſt nullus: ſed hîc contractus

 prin-

principalis non eſt in totum nullus, ſed ſolùm reſpectu mulieris: ſed reſpectu conſentientis, & quatenus attinet ad eius præjudicium, non eſt nullus, ut in terminis *not. Bal. in d. l. & ſi is. C. de præd. mino. & latiùs dixi ſupra in ij. iiij. vij. & viij. fundamento pro parte conventa*, quæ declaratio ſumma nititur æquitate, quod vitium nullitatis egredi non debeat perſonam mulieris, quæ ſola digna favore, aut miſeratione viſa eſt, quam ipſam æquitatem conſideravit in materia Iuriſc. *in d. l. illicitè in fi. ff. de reb. eor.* ¶ Non obſtat (41) tertium argumentum, quod ex tali conſenſu pater ſibi non præjudicavit, quia conſentiens contractui, non obligatur, ut poſſit conveniri ad obſervationem ipſius contractus, quia argumentum procederet, ſi conductor conveniretur ab aliquo tertio, & vellet conductor agere contra patrem, qui conſenſit ad defenſionem, & obſervantiam ipſius contractus, vel ſi vellet conductor agere contra patrem conſentientem ad præſtandum aliquid, quod in contractu promiſſum eſſet ipſi conductori, nam exciperet conſentiens: ego nihil promiſi, ex quo cõveniri poſſim, tantum conſenſi contractui, ne impugnare poſſim, aut illi contravenire: ſed hîc non agit conductor contra patrem, ut aliquid præſtet, ſed contra patrem agentem ad irritationem contractus excipit: contravenire non potes contractui, cui conſenſiſti: quia conſentiens contractui ſimpliciter, obligatur ut cõtractui contravenire non poſſit: ut ſuprà dictum eſt, & ſic talis conſenſus licet non proſit contrahenti ad agendum, prodeſt tamen ad excipiendum, & repellendum

Digitized by Google

lendum ipſum conſentientem, ne actum aut contractum revocet, cui conſenſit: aliâs niſi excipi poſſet, non eſſet verum dicere, quod conſentiens ſibi præjudicet, & quod perdat jura ſua, ut ſuprà oſtendimus. Secundo reſpondeo, quod imo pater conſentiens filiæ, & promittens habere ratum, & gratum, &c. dicitur obligari, quia cenſetur conveniſſe de obſervando ipſum contractum, cui conſenſit. *l. ij. C. com. utr. jud.* ubi ſi partes conſentiunt ſententiæ invalidæ, obligantur vigore taciti pacti de non veniendo contrà: imò tenetur illam ſervare, & mandare executioni. Ita pari ratione, qui conſentit contractui, cui adverſarius etiam conſenſit, cenſetur ſecum paciſci de obſervando ipſum contractum, & non veniendo contra, prout venit Cavalarinus, petendo annullationem locationis, ita dicit *Corn. in conſ. 144. in fi. li. iij. ſed ultra Corn. adduco text. ubi Bal. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tut.* ubi notarius rogatus de teſtamento, ſi ſe adſcribit tutorem in ipſo teſtamento, cenſetur ſe obligare ad ſuſcipiendum tutelam, adeò quod non poteſt ſe excuſare: & tamen illa adſcriptio ſolùm habet vim conſenſus, quia adſcribendo conſentit, ut ibi per Alber. nam factum ipſum attribuitur teſtatori. Quid hîc dicemus, ubi ultra ſimplicem conſenſum adeſt promiſſio de non contraveniendo cum hypotheca bonorum ipſius conſentientis? Tertiò reſpondeo, quod ille conſenſus & promiſſio de non contraveniendo ipſi conſenſui cum hypotheca bonorum non intervenit ob cauſam ipſius conſenſus tantùm, & propter ſe, ſed reſpectu & contemplatione contra-

ctus locationis, itaque ſi voluit habere conſenſum ratum: ergo & contractum, cuius contemplatione datur conſenſus: quia (42) illud inſpicitur, propter quod fit actus, non ipſe actus. *l. ſi ita fuero ſtipulatus & l. cum enim. ff. de novat.* nam conſenſus correſpectivatur ad contractum, & præſtatur ob cauſam ipſius contractus, ſed in correſpectivis unum ſine altero eſſe non poteſt. *l. etiam §. ex cauſa. ff. de mino. l. ſi. ff. de acceptila. l. Clemens. §. j. ff. de her. inſti.* Ergo ſtante conſenſu rato, valere oportet & contractum, cuius reſpectu conſenſus adhibitus eſt, quia iſta ſunt individua ſeu correſpectiva, quæ ſeparationem non recipiunt. Itaque ſi mulier contraveniſſet, conſenſus corrueret. ſed cum mulier non contravenerit, & conſentiens non poſſit contravenire conſenſui, quem ratum habere promiſit: ergo nec contractum, quo ceſſante conſenſus præſtitus non eſſet. & niſi effectus conſenſus & promiſſio rati cum hypotheca bonorum trahantur ad contractum ſecutum, de nihilo operarentur, ſed fierent omnia eluſoria: cum non fuerit adhibitus conſenſus propter ſe, ſed propter contractum, & ad eius validitatem. Pro quo adduco *Bald. in l. fi. §. ſin autem. C. de bonis, quæ liber.* ubi, quòd (43) conſentiens actui cenſetur conſentire executioni ipſius actus. Puta, ſi pater conſenſit dari curatorem filio, poterit curator exequi & facere quæ pertinent ad ſuum officium, abſque alio conſenſu patris, pro quo bonus text. *in l. ſi pupillorum §. j. ff. de rebus eorum. tradit Soc. in con. 82. in fin. libr. 3.* ubi, quòd ſi pater cõſentit dari curatorem filio, poteſt curator adire hære-

hæreditatem pro filio,abſque conſenſu patris: quia conſenſus præſtitus ad aliquem actum trahitur ad omnia quæ ſequuntur ex ipſo actu, tradit etiam Iaſ. in l.j. §.item acquirimus.ff.de acquir.poſſ.ideò conſenſus præſtitus, & promiſſio de non contraveniendo conſenſui,trahi debet etiam ad contractum ſecutum virtute talis conſenſus: nec poteſt contraveniri contractui,quin contraveniatur conſenſui. Quartò reſpondeo,(44) quod correſpectivorum idem eſt judicium, & uno ſtante, conſiſtit & alterum, contra, uno ceſſante,ceſſat & alterum: quia reſpectiva diviſionem non recipiunt.*l.etiam §.ex cauſa.ff.de minor.l.fi.ff.de acceptil.l.Clemens. §.j.ff. de hare.inſtit.l.filio.l.matri alumna. §.Seia.ff.de adimen.lega.Fred.de Senis in con. 237. Factum eſt tale: Quidam nomine Thomeus. Abb.in con.61.verſ.moveor.lib.2. Alex.in conſ. 111. lib.3.* ſed conſenſus Cavalarini & locatio ſecuta invicem correſpectivantur, quia unum fit reſpectu alterius: ergo promiſſio de non contraveniendo conſenſui, neceſſario trahitur ad locationem, cuius reſpectu conſenſus eſt præſtitus. Quinto reſpondeo, quod ſtante tali promiſſione de habendo ratum ipſum conſenſum, cum obligatione bonorum, ſi ipſe conſentiens ratum conſenſum non habeat, ſed illi contraveniat,tanquam minùs legitimè præſtito,clarum eſt, quod conductor poſſet agere hypothecaria ad bona obligata ob intereſſe contraventionis, quia conſenſui non ſtetur per ipſum conſentientem. *d.l. etſi is.C.de pred.minor.* aliâs de nihilo ſerviret illa promiſſio cum hypotheca bonorum, à fortiori ſi ipſe

conſentiens agat contraveniendo conſenſui, repelli poterit exceptione. *l.j.§.quod autem ff. de ſuperficie.l. invitum.§.cui damus.ff.de reg.jur.*

¶ Non obſtat quartum fundamentum, quòd abſurdum videtur, conſiſtere conſenſum ad obligationem acceſſoriam abſque principali: quia reſponſum abundè eſt antè in quarto, ſeptimo, octavo, & duodecimo fundamentis adductis in gratiam partis conventæ. Ideò non repeto.

¶ Non obſtat (45) quintum argumentum, quod obligatio, aut hypotheca bonorum Cavalarini conſiſtere non poteſt ſine obligatione perſonali: quia reſpondeo, quod imò obligatur Cavalarinus perſonaliter ad non contraveniendum per *d.l.illicitè.ff.de rebus eorum, & d.l.etſi is.C.de præd.minor.* qui text. non poſſet efficacius facere: quia ibi datur hypothecaria, nec dicitur, quod tutor ſe principaliter obligaverit, ut conveniri poſſet actione perſonali, ſed tantum dicitur de hypothecaria: ergo excludi videtur perſonalis actio. *l.cum prætor.ff.de judi. l.maritus C. de procur.* Nititur ergo illa hypotheca obligatione perſonali, de non contraveniendo, quia tenet contractus principalis in odium ipſius curatoris, quò ad hoc, ut ipſe contravenire non poſſit, ut ſuprà dictum eſt. Secundò reſpondeo, (46) quod habet hîc hypotheca principale, cui hæreat, id eſt contractum locationis: quia poteſt quis obligare bona propria, pro contractu alterius *l.ſi fundus § j.ff.de pigno.* & licet contractus alterius ſit nullus, non tamen annullatur hypotheca acceſſoria, in qua non militat ratio nullitatis. d. l.etſi

is, &

Digitized by Google

is,& antè ſæpiùs eſt dictum. Ideò pro contractu filiæ potuit pater obligare bona propria.

¶ Non obſtat ſextum argumentum, quòd in iſto conſenſu patris, & promiſſione rati cum hypotheca bonorum ineſſe dicatur conditio tacita ſi contractus principalis teneat: quia reſpondeo, quod etiam contractus principalis tenet in odium & præjudicium ipſius patris, ut antè ſæpiùs dictum eſt in tertio fundamento, & in quarto, in quarta reſponſione, & etiam in octavo fundamento. Secundo reſpondeo, quod licet contractus principalis in totum eſſet nullus, tamen obligatio acceſſoria non recipit tacitam conditionem, ſi teneat principalis, ex quo in acceſſorio non militat ratio nullitatis, quę in principali: ideò ſtat iſto caſu acceſſorium ſine principali, nec habetur relatio aliqua ad validitatem aut invaliditatem ipſius principalis, ut non rarò ſuprà eſt dictum.

¶ Non obſtat (47) dictum Soci. *in conſ. 215. in fi. lib. 2.* quia in caſu Soci. eadem ratio erat in acceſſorio, quæ in principali, & niſi ſuccurſum eſſet obligationi acceſſoriæ, gravabatur principalis: non igitur eſt mirum ſi à pari procedunt. At ſecùs hîc, ubi diverſa eſt ratio principalis, & acceſſorij, & ubi conditio mulieris ne minimè quidem læditur, aut deterior fit ex validitate acceſſorij, ex quo contra mulierem recurſus non datur. Quod probatur *in d. l. etſi is, ubi gl. & doct. & latè jam dictum eſt.* Secundo reſpondeo, quod in caſu Socin. agebatur de vitando damno: hîc agens tractat de lucro, cum jactura conductoris, qui pretium ſolvit. ob id argumentum ex adverſo factũ

nihil concludit propter diverſitatem rationis inter damnum & lucrum. *l.fin. C. de codicil. cum ſimilibus.* ¶ Non obſtat (47) ſeptimum argumentum, quod promiſſio rati videtur ſuperflua, ſecundùm *Alex. & Iaſ.in l.ſi procurator.C.de procur.* Nam conſideranda eſt ratio aſſignata per eos, quare dicatur ſuperflua, quia tacitè intelligitur: ex qua ratione retorquetur argumentum. Nam ſi mandans, aut conſtituens nuntium tenetur ratificare geſta per eum, licet expreſſè non promiſerit: quantò magis ubi expreſſè promiſit? & ſic non tollitur effectus promiſſionis quo minus teneatur habere ratum ex illa promiſſione, imò augetur. Secundo retorquetur argumentum, nam dicit Iaſon, quod ſi dominus promitteret habere rata Legitimè geſta tantùm, non eſſet mandatum ſufficiens: quia tenetur mandans ſimpliciter habere rata omnia geſta, non ea tantùm, quæ legitimè eſſent geſta, itaq; ſatis eſt, quod tenetur conſtituens habere ratũ. Tertio reſpondeo, etiam retorquendo fundamentum, nam Doct. dicunt, quod ideo illa promiſſio rati eſt ſuperflua: quia omnino tacitè continebatur: ergo ubi tacitè non continetur, non erit ſuperflua: ſed in reſponſione dicitur, quod iſte conſenſus patris recipit tacitam conditionem, ſi actus tenet (quod ipſum tamen ſupra evertimus) ergo tacitè non continebatur promiſſio rati: ergo nec operabitur promiſſio rati. Non obſtat, quod promiſſio rati non auget, nec alterat obligationem. *Decius in conſ. 2. in fi.* quia Decius vult, quod non extendatur obligatio per talem clauſulam ad aliud, quàm contineat promiſſio. Tamen

pro-

promiſſis vult, quod operetur, ob id, quod teneatur contraveniens his, quæ promiſit habere rata: ſed hic non agitur de augendo aut extendendo obligationem ad aliud, quàm promiſit: ſolùm enim agitur, ut non contraveniat promittens de rato conſenſui ſuo: & licet contractus principalis non valeat in præjudicium mulieris, valet tamen in præjudicium conſentientis. Si valet in eius præjudicium: ergo & clauſulæ adjectæ in ſua promiſſione, ſicut *in d.l. etſi is. C. de præd. minor.* valent omnes clauſulæ adjectę in promiſſione tutoris, aut curatoris, quò ad eius præjudicium. ¶Non obſtat octavum argumentum, quod ſtatutum Ferrarię de indemnitatibus mulierum, videtur favorabile, tanquam factum ad obviandum fraudibus, ob id quod videatur extendendum, etiam ad conſenſum acceſſorium. Nam reſpondeo multipliciter. Primò, quod iſtud procederet quando in effectu non annullaret juramentum per indirectū. Nam diſpoſitio (49) favens juramento, dicitur favorabilis, propter ſalutem animæ, ideò extenditur, *ut per doct. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſus venditio. Ioannes Andr. & can. in cap. ex tenore, qui filij ſint legit. Socin. in l. Marcellus. §. j. ver. tertium inferri poteſt. ff. ad Trebell.* Ergo diſpoſitio contraria juramento, dicitur odioſa, ut contrariorum eadem ſit diſciplina. *l. j ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni juris.* Secundo reſpōdeo, quod argumentum procederet in favorem ipſius mulieris, cuius gratia fuit ſtatutum, non in favorem tertij, in quo non militat cauſa favoris, qua ceſſante, ceſſare debet effectus ſtatuti. *l. adigere. §.*

quam-

quamvis.ff.de jure pat. & ceſſante (50) cauſa prohibitionis ſtatuti, ceſſat effectus prohibitionis. *Oldra. in conſil.208.Titius veniens ad mortem.& iſta reſponſio tollitur per l.illicitè.ff.de reb.cor. & dil. etſi is. C. de præd. mino.* Nam jus commune introducens ſolennitates in alienationibus minorum,editum eſt ut occurreretur fraudibus, quæ in minores committebantur, ob id dicitur favorabile: & tamen non extenditur favor ad perſonas tutorum, & curatorum, in quibus ratio favoris ceſſat: imò ſi ad eos fieret extenſio,diceretur talis lex extendens odioſa. Tertio reſpondeo: (51) quod ſtatutum dicitur ſtrictiſſimi juris, cuius verbis tenaciter hærendum eſt,nec illud reſtringere ſeu ampliare poſſumus. *Bald.in ca.j.§.j. verſ. quæro. quid de jure Lombardo.qui feudare poſſ.in ca.unic.in fin.de feud. alie. Cur. Senior in con. 35. Alibi ſcribit idem Bald. in con.293.Promiſſis duobus ſtatutis.libr j.* quod ſtatuto nihil addere vel ſupplere debemus,nec recedendum eſt à forma ſtatuti. Quartò reſpondeo, quod (52) in caſibus,in quibus fit extenſio de caſu ad caſum,illud intelligitur ſtante identitate rationis. *l.illud. in fin.ff. ad legem Aquil. l.à Titio.ff. de verb. obli.* Sed non eſt par ratio mulieris contrahentis & patris conſentientis: quia ſi eſſet par ratio abſurdum eſſet, quod validaretur contractus mulieris ex conſenſu maſculi eodem favore digni *arg.§. item maior. Inſtit. de excuſat. tut.*

¶Non obſtat nonum argumentum, quod dominus Antonellius videtur in dolo & mala fide, contrahendo contra prohibitionem ſtatuti: quia iſtud

non

Digitized by Google

non poteſt conſiderari reſpectu ipſius Cavalarini, ad quem favor ſtatuti non extenditur, & in cuius odiū conſtat contractus, ut antè ſæpè eſt dictum. Pro quo text. *in d. l. illicitè. ff. de reb. cor. & in d. l. etſi is. C. de præd. mino.* ubi emptor non dicitur in dolo, aut in mala fide, reſpectu ipſius tutoris, vel curatoris, licet reſpectu pupilli, vel adulti contraxerit contra prohibitionem juris. Secundo reſpondeo, quod argumentum procederet, quando nulla fuiſſet adhibita ſolennitas ſtatuti: ſed hîc fuit adhibita, & licet dicatur non potuiſſe adhiberi per nuntium, tamen in hoc, poſito & non conceſſo ita eſſe, diceretur erratum in jure, error (53) autem juris, non inducit malam fidem, niſi ageretur de totali præjudicio: puta de præſcribendo rem. *l. nunquam ff. de uſucap. ſecus, ubi agitur de lucrandis fructibus.* Nam error juris non nocet in lucro fructuum. *gl. in l. ſi fur. §. j. ff. de uſucap. & in l. ſed & ſi lege. §. ſcire ff. de petit. heredi. ubi Bar.* Sed hîc non agitur de præſcribendo rem, ſed de fructibus quinquennij, & quidem ex titulo oneroſo. Tertio reſpondeo, quod error juris non ſolùm non inducit malam fidem, ſed ab ea excuſat etiam doctorem & judicem. *Alexand. in l. 2. ff. quod quiſque juris. Decius in l. pen. in fi. C. de pactis.* Hinc videmus, quod ubi agitur de præſumendo dolum contra aliquem potiùs præſumitur error juris, quàm dolus: quia ignorantia juris, dicitur lata culpa, ut habetur *in l. lata culpa. ff. de verb. ſignif.* Ob id potiùs hærendum eſt præſumptioni latæ culpæ, quàm doli, qui eſt deteſtabilior. *Soc. in con. 108. lib. j.* Quarto reſpondeo, retorquendo fundamentum, quod imo mala

mala fides gravaret ipſum Cavalarinum conſenſum non legitimè præſtantem, & auctorem nullitatis. *l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquiliam.* & licet imputati etiam poſſet contrahenti. *l. qui cum alio. ff. de reg. jur.* tamen in pari cauſa, potior eſt conditio rei, ne (54) conſequatur actor commodum ex culpa ſua, cum jactura rei. *l. 2. §. j. ff. ne quis eum, qui l. apud Celſum §. Marcellus. ff. de doli except. Alex. in con. 100. ver. prætereà iſte teſtis, lib. j.* Quinto reſpondeo, quod imo dicitur ſervata forma ſtatuti per nuntium ſpecialem, ſi videantur ſcripta noviſſima cauſæ patronorum, dum allegant Moder. *in l. j. §. item acquirimus. ff. de acqu. poſſeſ.* Ex quibus ſtat ſolidum argumentum pro reo eſſe æquitatem, quæ ampliſſimi ordinis viros permaximè movere debet. ¶ Non obſtat decimum & ultimum argumentum, quod hîc agitur de jure futuro, quod remitti non potuit per talem conſenſum patris: quia (55) reſpondetur, quod hîc ſumus in pacto roborato conſenſu duorum, quia conſenſit pater in favorem conductoris per nuntium ſpecialem, quod pactum ſufficit, ſecundùm *doct. in l. j. C. de pact. Dec. in conſ. 31. ver. 2. non obſtat.* Secundo reſpondeo, quod imo hîc videtur ſtipulatio: quia pater promiſit non contravenire notario recipiente. *Dec. in d. conſil. 31.* Tertio reſpondeo, quod etiam per ſimplicem conſenſum præjudicatur juri de futuro, quando adhibetur in præſentia partis, ut habetur *in d. l. j. C. de pact. Imola in con. 52. in 2. dubio.* Sed hîc præſtitus eſt conſenſus præſente parte, Primo propter notarij ſtipulatione. Secundo, quia nuntius conſenſit præſente

con-

Digitized by Google

conductore. Tertiò, quia præſtitus eſt conſenſus in ſcriptis,ſcriptura autem ſemper loquitur. ita Ripa *in d.l.j.in 5.fallentia.C.de pact.* Et propterea dicitur per ſcripturam actam rem eſſe inter præſentes, ut latiùs ante dictum eſt in decimo fundaméto facto pro parte conventa, circa fin. verſi. quid hîc dicemus. Sed magis in terminis, quod ſufficiat ſimplex conſenſus in remiſſione juris de futuro, adduco *Alex. in conſ.8. libr.5.* ubi dicitur, quòd conſentiens alienationi rei, in qua prætendit jus fideicommiſſi de futuro, cenſetur ipſi fideicommiſſo futuro renuntiare, ut emptorem moleſtare non poſſit, licet poſſit petere pretium ab alienante, aut ab hærede eius, & ſic regula, quæ habet, quod ſimplex conſenſus non præjudicat in jure de futuro, non procedit reſpectu tertij contrahentis ſub fiducia talis conſenſus, ſed ſolum reſpectu alterius contrahentis, idem quod Alex. voluit Socin. *in conſ.43. ver.2.clarè etiam reſpondeo. lib.4. Idem clariſſimè tradit & diſtinguit Corne. in conſ. 144. verſ. & licet fortè. lib.3.* Quarto reſpondeo, quod magna hîc videtur æquivocatio. Nam quando hæredi ſupervenit aliquod jus ut hæredi, non poteſt in perſona hæredis conſiderari aliud aut diverſum jus, quam eſſet in perſona defuncti: quia ex perſona heredis non alteratur qualitas obligationis aut juris. *l.2.§.ex his.ff.de verb. oblig.* Ideò idem jus cenſetur in perſona hæredis, quod erat in perſona defuncti: ob id, ſi defectus formæ ſtatuti non vocaretur in dubium, clarum eſt, quod hæres non poſſet contravenire, nec poſſet dicere: ſupervenit mihi jus de novo, imo jus illud præteritum

teritum conſideratur, quale erat apud defunctum, ſed illud ſolùm quæritur, an poſſit hæres contravenire, ſicut defunctus poterat. & dicitur, quod non, propter factum proprium ipſius hæredis, in quo non militat ratio nullitatis, quæ in facto defuncti, & ſic quo ad effectum non conſideratur ut jus de futuro.

Nu. 1. Adde conſenſum quem ſtatutum requirit, pertinere ad formam & ſolennitatem actus, unde conſequitur hujuſmodi conſenſum per nuncium aut epiſtolam præſtari non poſſe, ubi enim debet aliquid fieri ad ſolennitatem actus id fieri non poteſt per ſimile, ut præ alijs latè Tiraquellus de *legib. connubi. gl. 4. ad verb. conſentement in quarta quaſt. Peckius de teſtam. conjug. lib. 3. c. 5.* porro cum prædictum ſtatutum perſonę ſtatum non diſcutiat, nec afficiat perſonam aliqua incapacitate limitibus territorij concluditur, nec ad contractus extra territorium initos vires ſuas porrigit, *ut Nicol. Burgund. ad conſuetud. Fland. tract. 1. nu. 21. Peck. de teſtam. coniug. lib. 3. c. 17. & lib. 4 c. 28. & 29.*

Nu. 11. Adde conductionem de qua quæritur ſuſtineri quoque poſſe hoc juris axiomatè: quod actus qui fieri non potuit, reconvaleſçit, ſi deveniat ad eum caſum, à quo poterat incipere *L. ſi rem D. de verb. obligat. L. minorem D. de ritu nuptia. L. intervenit D. de legat. praſtand. L. cognatis D. de reb. dub. L. 1. §. 1. & §. ſi quis D. de legat. 3.* inde procedit, ut licet non ſuſtineatur dotis alienatio conſtante matrimonio à muliere facta, tamen efficitur valida ſi mariti morte matrimonium fuerit ſolutũ *gl. in L. conſtante C. de donat.*

ubi

ubi Bald. Jo. Fab. Jac. de Raven. Cynus & Cuman. in L. ſi prædium C. de jure dot. Specu. in tit. de empt. & vendit. §. tertio loco verſ. ſed nunquid. Bald. conſ. 53. in fin. vol. 5. latè Tiraquel. de leg. connubia gl. 8. num. 100. & ſeq. ubi infert, mulierem quæ contraxit non ſervata ſolennitate ſtatuti, teneri mortuo marito obſervare contractum. Cum igitur pater à morte filiæ ſit effectus Dominus bonorum dotalium, & jam habeat plenam abſque omni ſolennitate locandi facultatem, conſequens eſt locationem, ſublato nullitatis vitio, in patris perſona reconvaleſcere, patremque filiæ hæredem pati debere ut conductor reliquo tempore bonis conductis fruatur.

Nu. 12. de ſententia & ratione §. *venditionib. ex L. ſicut D. quibus modis pignus vel hypothec. ſolu.* vide Fabrum *de error. pragmat. decad. 52. error. 8.*

Nu. 23. hanc ſententiam, eum nempe qui ſcienter emit rem alienam non habere actionem de evictione, nec quidem ad precij reſtitutionem, niſi aliter conventum ſit, ut communem & veram tuetur Fachinæus *lib. 2. controverſ. c. 40.* fretus textu manifeſto *in L. ſi fundum C. de evict. & authoritat. Gloſ. Bald. & Saliyc. in L. non dubitatur C. de evict. gloſ. & Panor. in c. ad audientiam. de reb. eccle. non alienan. Caſtren. in L. emptorem §. qui autem num. 3. D. de actio. empt. Covarr. varia. reſolut. lib. 3. cap. 17.* Porro an evictio debeatur ſcienti rem eſſe fideicommiſſo ſubjectam? conſule Surdum *deciſ. 208.*

Nu. 28. licet propriam allegans turpitudinem non ſit audiendus, admittitur tamen declaratio nullitatis

eius actus, ex quo quid petitur, ut in facti ſpecie Wameſio propoſita *conſ.530.* ubi Anna in judicio conventa ad exſolutionem reditus annui tempore conſtantis matrimonij à Ioanne ſuo quondam marito conſtituti vigore conſuetudinis qua debita inter conjuges communicantur proponebat ſe ad illius reditus ſolutionem non teneri, utpotè quod matrimonium contra edicti formam eſſet contractum, & ſic nullum quodque conſuetudo de bonorum inter coniuges communione, exaudienda ſit de juſto viro & juſta uxore, quæ verba cum non conveniant, illegitimis ſeu putativis conjugibus, merito ſupradicta conſuetudo, illis nec conveniri, nec adaptari poteſt ut latè Tiraquel. *de legib. connub. in verbo ſon mary gl. 8. num. 234. uſque ad 253. Chaßan. ad Conſuetud. Burgundia Rubric. 4. des droicts. apperten. à gens mariez in verb fæmina num. 4. & §. 4. in princ. num. 12.* atque ita demonſtrabat nullam ſubeſſe cauſam, cur etiam ſi maxime vellet poſſet cum marito ſuo putativo ſive debita ſive credita communicare exemplo eius quod Papinianus reſpondit *in L. avunculo D. de condict. ſine cauſa.* Reſtringitur præterea axioma, in turpitudine jam detecta, quam cuilibet allegare licet ut Alexander *in L. fin. C. de edend. Bald. & Salyc. in L. fin. C. de non numerat. pecun. Ruin. conſ. 149. num. 12. vol. 1. Surd. deciſ. 280. num. 6. & 7.* Licet etiam propriam allegare turpitudinem, ſi factum ſit impoſſibile, ut ex Bald. Alexandro & Tiraquello docet idem Surdus *deciſ. 289. num. 24.* Denique admittitur propriæ turpitudinis allegatio quando tendit ad evitandum animæ peri-

Digitized by Google

periculum vel ad defuncti ac aliorum auctorum à quibus res tenentur exonerationem *gl. & Panorm. ad c. ex tenore de teſtib. ad c. tertio loco de præſumpt. ad c. inter dilectos de donati. & ad c. lator de re judicat. gl. in L. à divo Pio D. de ritu nuptia. & alij quos refert Peckius de teſtam. conjug. lib. 2. c. 2. num 3.* Poſtremò adverte illud quod dicitur in pari cauſa turpitudinis, potiorem. poſſidentis eſſe cauſam non procedere, quando jus tertij allegatur, illud enim agentem non repellit *L. 2. & ibi latè Bart. D. de except. rei judic. Peck. d. loco.*

ACCEDVNT HYERONIMI ZANCHI Ad AYMONIS CRAVETTÆ CONSILIA ANNOTATIONES.

I. CONSILIVM.

HOc conſil. reprobatur ab Eman. Coſta in l. cum tale, §. ſi arbitratu, in ult. ampliat. num. 12. de cond. & demon. & a Fernan. Vaſq controv. Illuſt. c. 94. nu. 17. cum ſeq. Salvatur tamen, ut per eundem Coſtam, ubi ſupra ante num. 16. quem vide omnino ante num. 45. Et circa hanc materiam, vide Ioann. de Ana. conſil. 15. Rui. conſil. 126. vol. 2. & Pallat. Ruin. in c. per veſtras. §. 21. numer. 3. & not. ad Aret. conſil. 67. & pulcra cumulata per Zunt. pro

uxore ſua,num. 506. cum ſeq.& Cœph.conſ.133. in prin.

Quatuor caſus ſpeciales ponit remiſſive Alc.conſil.504.nu.4. Vide etiam Nat.ad Alex.conſ.57.vol.2.

Col. 2. Hoc idem repetit etiam, infra conſil.80. num. 11.

Ad hoc conſil. ſe refert, infra conſil. 114. ante num.17.

In. 3.dub.Contra late ſcripſi pro Mag.D.Fiſonea, quibus adde Neviz.conſ.22. latiſſime, & no. ad Dec. conſ. 180.

Quid autem in hujuſmodi ſtatuto, vide Plot. de in lit.jur,§ 7.per totum,& nove Concil.Trident.

12 Declaratur à Cæpha.conſ.41.prope fin.

Num. 7.fuit ſibi contrarius, ut not. ad Alex.conſ. 10. vol. 1.

16 In hac ead. cauſa conſuluit, infra conſ. 19. quod ante hoc eſſe deberet.

Ad hoc conſ.ſe refert,infra conſil.110. poſt nu.2.

De hac pulcra q. vide Oldra. conſil. 158. Barb. conſil.59.vol.3.Rui.conſ.57 in 2.dub.vol. 2.& 21. col.2.in fi.vol.3.& conſ.84. num.7. eodem volu. Alexan.conſ.157. Bertran. in ſecunda impreſſ. conſil. 232.col.fin.volum.primo, Deci.conſ.236. in 8.dub. Ioan.dilect. de art.teſt.fol.104.Alcia. conſ.656. ubi quod nec Rot.nec Caſt.ita dicunt, prout hic allegantur,& Anch.Iun.q.6.part.prima,Montic.de invent. pag.40.Gabr.conſ.121.nu.57.poſt Barb. Ang.Salyc. Alex.Soc.& Ruin.

17 Huic conſ.ſe poſt impreſſ.plura addidiſſe aſſerit, infra

infra conſ.219. colu.pen.ante num.7.

Hoc conſil. declaratur a Cæphal. conſ. 41. prope fin. num.7.

Fuit ſibi contrarius, ut not.ad Alexand.conſil.10. vol.1.

19 In hac eadem cauſa conſuluit, ſupra, conſ. 16. ad quod hoc ſe refert, ubi vide quod annot.

Nu.7.vide no.ad Deci.conſ....& 72.

22 Hoc conſ. reprobatur ad Anguſſ. conſ.38.col.2. in prin.lib.6.& a Menoch.conſ.85.num.97.

Vide not.ad deciſ.conſ.95.

Colu. 4. verſ. 5. huc ſe remittit, infra conſ.210. num.4.

Se ipſum refert non citato num. infra conſ. 131. poſt nu.10.ubi de hac materia tract.

Vide apoſt.ad Deci. conſ. 248. litera e,& ad conſ. 236.litera c,& ad conſ.185.

24 In hac eadem cauſa contra conſuluit Alciat.conſil.539.

In prin. in narratione caſus. Ad hoc conſ. licet in hoc non tangat illum art. videtur ſe referre, infra conſ.113.in prin.& conſ.161. numer. 7. ſed totum ad oppoſitum vide.

Num.15.dum allegat Corn.conſ. 150.col.fi.vide an contrarium dicat.

25 Num.12.contra Pecch.de teſtam. coniug. lib. 1. c.5.ad fin.

26 In hac eadem cauſa conſuluit etiam, infra conſ. 123.

30 Num.9.ſequitur Anch.Iun.q.72. ante num. 21.

prima parte.

32 Ad fi. Conſil. illud Bald. eſt 416. volum. 4. in ant. ſequitur Rol. a Val. poſt Pic. (:licet Impreſſ. errore dicat 429.) conſ. 74. num. 3. vol. 2.

33 Talardi Claramontis Filibertus.

37 In hac eadem cauſa conſuluit, infra conſ. de patre ad ſecunda vota.

41 Col. 2. Ad hoc conſ. ſe refert, infra conſ. 262. col. 3. ante verſ. nec refert.

42 Ad hoc conſil. ſe refert, infra conſ. 289. col. prima, & fi. Vide diverſ. ad ult. volunt. conſ. 170. num. 28. not. ad Alex. d. conſ. 29.

43 Vide omnino not. ad Deci. conſ. 186.

48 Num. 7. Adde Bald. conſ. 132. ad fi. vol. 1. & Rol. a Val. conſ. 96. prope fi. vol. 2.

50 De hoc conſ. dixi in §. cum ita, num. 815. & in 2. edit. in 8. par. nu..... ubi plura poſtea addidi.

56 Hanc materiam late explicat etiam Didac., var. reſol. lib. 2. c. 13. cum ſeq.

62 Videtur contrariari, infra conſil. 67. ubi vide quod annot.

64 Poſt num. 1. Vide not. ad Deci. conſ. 2.

67 Contra hoc conſil. judicatum fuit per Senat. Gratiano. & bene ſecundum ipſummet Cravet. in l. cum filiofam. in 2. part. ante num. 350. retuli in §. cum ita, num. 305. & in 1. edit. 4. part. nu. 324. & vide ad quod ſe in principio referat, forte eſt ſupra conſ. 62. ſed vide ibi annot.

72 Ad fin. Vide omnino conſ. 144. ad fi. cum ibi annot.

80 Nu.

Digitized by Google

80 Nu.11.Vide not.ſupra ad conſ....

82 & 177.In hac eadem cauſa conſuluit, infra conſil.153.

83 Num.6.Vide Didac.alleg.ad Alexand. conſ. 63. ante numer. 11. volum. 6. ubi propterea reprobat Cravet. hic, quem nove etiam reprobat Caballi. de evict. §. 3. numer. 91. quem vide etiam numer. 94.

84 In hac eadem cauſa conſuluit etiam, infra conſ. 92.quod hoc ſequi deberet.

88 In hac eadem cauſa conſuluit, infra conſ. 134. quod hoc ſequi deberet.

92 In hac eadem cauſa conſuluit,ſupra conſ.84.

98 In hac eadem cauſa conſuluit Grat. conſ. 5. volu.2.& 120.eod.vol. qua de re per Merzar. conſil. 4. pag.7.in princip.verſic.9.& conſil.ſeq.& in epit. fideic.pag.88.ad fin. vel in princ. & pag.44. in prin. vide.

Colum.2.Ad hoc conſil. ſe remittit, infra conſil. 306.ante num.2.& ante numer.3.& inter conſ. Merzar. poſt conſ.6.pag.12.

106 Reprobatur per Anch.Iun.q.13. in ult.dub.in 1.par vide.

107 De hoc ſuo conſil.meminit ipſe Cravet.late reprobans de ant.temp.4.par.§.materia.col.pen.

110 Poſt num.2.Conſ.illud ſuum,ad quod ſe refert eſt,ſupra 16.& 19.

111 Eſt in facto proprio.Et vide Nat. ad Alexan. d. conſ.136.vol.2.

De hoc conſ.meminit ipſe Cravet. de antiquitate

 tempor.

Digitized by Google

tempor.4.part. §.circa num.36.

112 Poſt num...., declaratur a Cæpha. conſil. 171. num.45.

113 In prin. videtur ſe referre ad conſ. 24. ſed vide quod ibi annot.

Ad hoc conſ.videtur ſe referre in conſ.161.num. 7.ſed vide quæſo.

114 Ante num. 17. Conſilium illud ad quod ſe refert eſt 11.ubi vide quod annot.

117 Adde Lanfr. de Oria. & alium ſubſcrib. in volum.conſ.ad ulti.volum.conſ.128.

122 Poſt prin.Reprobatur per Dida.var.reſol.lib.1. c.5.ubi optime declarat hanc materiam.

123 In hac eadem cauſa conſuluit etiam,ſupra conſil.26.

128 Vide Nat.conſ.580.in 2.dub,& Rol.a Val. cõſ. 78.vol.2.

131 In 1.dub.dicit apoſtil.ad Deci. conſ.185.litera c,quod num.7. adeo ſe involuit, ut neſciat in quam partem inclinet.

Vide not.ſupra conſ.22.cum ibi annot.

In ult.dub.vide omnino Alexand.conſ.250. in 3. dub. volu.6.cum ibi annot.

134 In hac eadem cauſa conſuluit, ſupra conſ.88. ad quod hoc ſe refert, nu.28.allegatur a Rim.in vol. diver. crim. ſecundo loco impreſſ. in primo tomo conſ.28.num.2.

135 Col.2. Ad hoc conſ.ſe refert,infra conſ.63.col. pen.ante med.

144 Vide in §.cum ita,in 5.par.num.62.cum ſeq.

Num.

Num. 10. Secundum hoc conſil. contra Iac. Alben. fuit judicatum, ut per deciſ. Pedem. 118. ante nu. 10.

In fi. Contra Alex. conſ. 28. in fin. vol. 2. & latius de hoc ſubſannans, conſ. 208. num. 7. vol. 7.

145 Col. 3. poſt me. & col. 5. citat quædam ſua conſilia, quæ ego non reperi, niſi forte 2. eſſet conſ. 77. & vide not. ad Deci. conſ. 12. num. 6.

Contra ipſemet Crav. de ant. temp. 4. par. in prin.

Ante num. 122. vide not. ad Cur. Iun. d. conſ. 129.

146 Refert ſe ad aliud.

149 Hanc materiam tradit etiam, infra conſ. 167. & vide Alexand. conſ. 4. vol. 1. cum concord. ibi annot.

152 Ad hoc conſ. ſe refert, infra conſ. 325. col. 3. in princ.

153 In hac eadem cauſa conſuluit, ſupra conſ. 82. & infra conſ. 177.

156 Pactũ de retrovendendo & modicitatis pretij.

158 De antiq. temp. fol. 63. num. 11.

160 In princ. de l. 2. & c. vide ad quod ſe referat, forte ad 151. ut num. 31. & e contra, imo conſuluit hic num. 6.

161 In hac eadem cauſa conſuluit, infra conſ. 80. ubi vide quod anno. & ſcripſi late in cauſa de Ottinellis, & vide not. ad Anch. conſ. 27.

Num. 7. conſ. ad quod ſe refert eſt *113*. ubi omnino vide quod annot.

163 Num. 3. Reprobatur a Tiraqu. de nobil. c. 35.

166 Colu. Hoc conſil. approbatur ab Alcia. conſil. ad fi. ubi vide quod annot. Reprobatur vero a Nat. conſ. 421. & not. in conſ. pro Fenarol.

Num.7. Reprobatur a Didac. de ſponſal. par.2.c. 8.§.5.poſt nu.17.

167 Hanc materiam tradit etiam, ſupra conſ. 149. ubi vide quod annot.

170 Poſt num.8. verſi. pro hoc contra Dec.alleg. per Fern.Loaz.pro March.a Velez.in 1.dub.nu.157.

174 Hoc conſ.in utraque concluſi.reprobat Fanuc. de invent.part.2.poſt nu.68.ver.non obſtant, & nu. 70.cum ſeq.maxime ante num.72.

175 Secundum hoc conſil. fuit judicatum per judicem ordinarium Gratianop.cum duobus aſſeſſoribus, quorum alter nunc eſt Senator Regius, ut per ipſum de antiq.temp.par. 1.in prin. ante numer. 68. Approbatur ad Alcia.conſ. 130. ad fi. ubi vide quod annot.

176 In hac eadem cauſa conſuluit conſil....vide hic in princ.

177 In hac eadem cauſa conſuluit ſupra conſ. 82. & 153.

179 Vide not.ſupra ad conſ.83.num.6.

180 In hac eadem cauſa conſuluit ipſemet, ſupra conſ.161.ubi vide quod annot.

Col. fi. ver. ex alio, eandem reſponſionem tradit Rui.conſ.159.col.7.ante verſic.ſed dato.vol.2.Nat. de præd.immemor.conſil.531.ante & poſt num.28. & Anguſſ.lib.6.conſ.

183 Col.2.Eadem repetit.de antiq.temp.par.4. nu. 46.& vide Rim.Iun.num.242.cum ſeq.

186 Vide late Fanuc.de luc. dot. gloſ.10. num.58. cum ſeq.Rol.a Val.conſ.74.pag.fi.vol.1.

189 Hoc

189 Hoc conſil. valde extollit, licet contra ſcripta ſua, apoſt. ad Alex. conſ. 27. litera a, vol. 4.
